Tradunt autem rerum scriptores (Suet. Aug. 23; Vell. Pat. II 97, 1; Tacit. ann. I 10; Dio Cass. LIV 20, 5) M. Lollium, legatum pro praetore, a. 16 a Germanis esse victum aquilamque legionis V amisisse. Qua re commotum Augustum ipsum Romam reliquisse. Sed Germanos, cum eum bellum gesturum esse et Lollium exercitum parare audissent, obsidibus datis foedereque icto in agros suos redisse. Vix igitur felix belli exitus Lollio est tribuendus, sed potius Augusti auctoritati.[1] Ergo, nisi statuamus hunc Eusebii locum esse emendandum, opinemur victoriam eius Bessicam cum expeditione Germanica esse confusam. Tiberius porro anno p. Ch. n. 4 ab Augusto adoptatus Caesar dictus est. Qua de causa Eusebii de eo quae sunt verba potius ad Tiberium praetorem anno 17 designatum spectare putemus. Nam anno 16 eum, quamquam praetor esset, Romam cum Augusto reliquisse Dio Cassius LIV 19, 6 tradit. Cum igitur iam ter ad annum a. Ch. n. 17 reducendus fuerit Eusebius, vix ad eundem annum spectant ea, quae sunt de coloniis Berytum et Patras deductis, sed potius ad annum 16 aut 15. Nam, etsi apud Syncellum et Hieronymum (cf. II 142 et 143 Sch.) victoria Tiberii Vindelica commemorata est ante illas colonias conditas, tamen, quae est fides interpretationis Armeniae (cf. ed. Schoenii II p. LIII et Gutschmid *Kl. Schr. I p. 437*), non credamus colonias eas esse deductas anno a. Ch. n. 14.[2] Nam ex Strabone (p. 756) colligitur Agrippam ipsum condidisse coloniam Berytensem. Quem iam ineunte vere in Bosporum esse profectum

1) Neque ex Iulii Obsequentis loco (Prod. 71, ed. Jahn. p. 139, 11) vicisse Lollium evincitur.

2) Id quod Mommsenio placet (Res gest. Div. Aug.² p. 65), quamquam Eusebium de anno 15 cogitasse confitetur. Marquardt autem *(Verwaltung I² 417)* hoc anno Agrippam Hierosolymis fuisse et coloniam Berytensem condidisse docet, sed ipse secum pugnat, cum p. 428 cum n. 1 illud et ipse anno 14 tribuit et Eusebium idem fecisse dicit. CIL. III 1 p. 95 Momms. coloniam Patrensem, quae eodem anno atque Berytensis deducta est, anno a. Ch. n. 16 ait esse conditam eodem loco Eusebiano laudato. Satis perspicuum, quam incerta sit res.

et rebus Ioniae post illam expeditionem constitutis Lesbum redisse Ioseph. Ant. XVI 2, 2 scribit. Neque traditum est eum postea apud Phoenices fuisse. Relinquitur, ut statuamus Agrippam paulo post suum in Asiam adventum in illa regione fuisse. Quaeramus igitur, quonam anno Agrippa Romam reliquerit quasque res proximis annis gesserit.

Anno 17 collega Augusto ludos saeculares eum fecisse inter omnes constat.[1]) Proximo autem anno, cum Augustus in Galliam profecturus esset, eum iam non fuisse Romae Dio Cassius dicit.[2]) Annus ipse, quo in Syriam discesserit, ex Dionis verbis erui potest. Qui postquam de votis pro reditu Augusti a Romanis susceptis dixit, *κἀν τούτῳ* inquit *καὶ τὴν πεντετηρίδα τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ* (i. e. *τοῦ Αὐγούστου*) *διεώρτασαν, τοῦ Ἀγρίππου (ἐν γὰρ τοῖς πεντεκαίδεκα ἀνδράσιν, οἷς ἐκ τῆς περιτροπῆς ἡ διοίκησις αὐτῆς ἐπέβαλλεν, ἱέρωτο διὰ τῶν συνιερέων) ἀναλώσαντος.* Demonstravit autem Mommsenius (Res gest. Divi Aug.[2] p. 41) hos ludos quinquennales spectasse ad victoriam Actiacam et anno a. Ch. n. 16 postrid. cal. Sept. esse celebratos.[3]) Sed oritur hic quaestio subdifficilis, qua videndum est, num illi ludi quinquennales et praesente Agrippa et ante vota pro Augusti reditu suscepta sint celebrati. Cum enim post vota suscepta ludi commemorati sint, cum acti dicantur *κἀν τούτῳ*, idque per quindecimviros, Agrippae collegas, sumptibus Agrippae, contendat quispiam (ut Fischer et Preuner contendunt) et prius suscepta esse vota, quam celebratos ludos, et Agrippam postrid. cal. Septembr. iam ab Urbe discessisse. Sed Dio quod ludorum mentionem fecit, id aperte factum est, quia Agrippae administratione insignes videbantur: qui fuerunt huius generis ludi annis 24 et 20, eis commemorandis supersedit. Parum autem interest, quis sumptus fecerit, multo pluris, quis faciendos curarit, cuius et nomine et auctoritate ludi celebrati sint. Commendatur igitur sententia, qua Agrippam praesentem fuisse dicamus. Neque obstat illud *κἀν τούτῳ*. Cuius vis apud Dionem latissime patet et nulla certiore lege circumscripta est, ut scriptori non ita

---

1) De quibus nuper in Ephemeride epigraphica (VIII 2 p. 225 sqq.) scripsit Mommsenius. Tempus autem apparet ex inscriptionibus (et nuper repertis et Mon. Ancyr.), nummis, scriptoribus (D. C. LIV 18; Tacit. Ann. XI 11; Liv. ep. CXXXVI).

2) LIV 19, 6 .... *τὸ μὲν ἄστυ τῷ Ταύρῳ μετὰ τῆς ἄλλης Ἰταλίας διοικεῖν ἐπιτρέψας, τόν τε γὰρ Ἀγρίππαν ἐς τὴν Συρίαν αὖθις* (primum ann. a. Ch. n. 23; cf. D. C. LIII 32; Ioseph. Ant. XV 10, 2) *ἐστάλκει.*

3) Quod etiam Frandsenio placuit (M. Vipsanius Agrippa. p. 88), sed neque argumenta protulit, neque dixit, quid Agrippa usque ad annum 14 egerit. De-Chijs autem (de Herode Mag. p. 53) *Ἀκτιάδα* esse quinque solidorum annorum putans, Agrippam iam anno 18 in Asia esse versatum, anno 17 Hierosolyma visisse, anno 16 expeditionem Bosporanam suscepisse vult. Fischer *(Röm. Zeittaf. p. 404)* ludos illos quinquennales a. 16 celebratos ait, Agrippam iam a. 17 in Syriam profectum et Hierosolymis fuisse. Cui adsentitur A. Preuner *(Pauly Realenc. I[2] 606)*.

accurato commodum et neglegenter fluctuantem nexum facillime suppeditet. Similia sunt ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ (XXXIX 64, 1) et ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις (XXXIX 38, 1). Conferas etiam fr. 56, 78 ed. Melber I 269; deinde XXXIX 52, 1; 61, 1; 65, 1; XL 9, 1; 18, 5). Saepius etiam in exitu aut in initio capitis talia ponit, ut aut aliquid omissum addat (ut LIV 20, 1) aut rem continuari significet.

Si igitur post illos ludos (postr. cal. Sept. anni 16) Agrippa in Syriam discessit, haec oblata ei est commodissima occasio ad coloniam Berytensem deducendam.

Qua de re ubi primum certior factus est Herodes, Iudaeorum rex, statim ad illum (ut iam anno 23 fecit; cf. Ioseph. Ant. XV 10, 2 et D. C. LIII 32) profectus multis verbis oravit, ut regnum suum viseret. Agrippa autem postquam diu recusavit, postremo precibus eius cedens in Iudaeam venit[1]), et veri est simillimum id factum esse eodem illo autumno. Summa igitur cum liberalitate rex Agrippam excepit et nova ab se condita oppida et arces ostendit. Neque praetermisit hic visere Hierosolyma, ubi a civibus sollemniter exceptus et ipse epulum populo praebuit et Deo hecatomben immolavit. Sed non diu ibi Agrippam esse moratum necesse est statuatur. Nam de diebus tantum et apud Flavium verba fiunt et apud Philonem (leg. ad Gaium 37). Neque licuit diutius manere, cum hiems instaret, et Agrippa in Ioniam properaret, fortasse audito insuper periculo, quod Iulia ad Ilium τοῦ Σκαμάνδρου μεγάλου ῥυέντος ὑπὸ χειμάρρων πολλῶν subisset (Nicol. Dam. de vita sua fr. 3 ap. Muell. FHG. III 350; Ios. Ant. XVI 2, 2). Hiemavit autem in insula Lesbo: nam traditur proximo ineunte vere Herodem ibi ut eum conveniret properasse, haud nescium eum in Bosporum esse profecturum. Sed ventis contrariis Chii retentus postea Mytilenen iam absente Agrippa venit. Quem secutus Byzantii cognovit classem iam in Ponto Euxino esse. Tandem aliquando Sinopae Agrippam repperit. A quo, cum suo regno relicto suisque rebus neglectis summam fidem atque pietatem praestitisse videretur, eximia familiaritate exceptus in illa expeditione semper ad consilia secreta habenda resque gerendas est adhibitus. Quam-

---

1) In iis, quae sequuntur, miror Iosephum (Ant. XVI 2, 1—5) esse neglectum ab eis, qui de rege Asandro scripserunt. Est autem Iosephus in eis, quae ad Herodem pertinent, ut Iudaeus, et copiosus scriptor (cf. XIV 9—XVII 8) et optima rerum notitia instructus; hausit autem — ut quidem videtur — ex Nicolao Damasceno. Cf. Destinon *Die Quellen des Flavius Josephus i. d. jüd. Arch. Bch. XII—XVII = Jüd. Kr. Bch. I. Kiel 1884. p. 91 sq.* Qui suo iure mihi quidem videtur reiecisse Blochii sententiam, quam protulit in libro, qui inscribitur: *D. Quellen des Flavius Josephus i. seiner Archäol. Lpz. 1879. p. 106 sq., 140 sq.* Ceterum moneam, ubi de ipsa re, non de opinione quadam vel iudicio agitur, Iosepho ut fidem maximam habeamus, cupiditatem eius et studium Iudaïcum non metuentes.

quam hoc cum narrat Iosephus, a Iudaïca gloriatione ne non prorsus se abstinuerit vereor. Cum autem res Ponticae (i. e., ut ex supra dictis a Iosepho apparet, Bosporanae), quarum causa Agrippa missus erat, compositae essent, navibus relictis per Paphlagoniam et Cappadociam in Ioniam profecti sunt. Quo in itinere Agrippa singulas civitates adiens earum instituta iure ac ratione corroboravit. Quicumque autem illum de suis rebus rogaturus erat, is Herodem pro patrono atque deprecatore habuit. In conventu Ioniae privilegiis Iudaeorum confirmatis Samum se contulerunt. Unde Lesbum (puto enim cum Frandsenio scribendum esse ἐπὶ Λέσβου pro ἀπὸ Λέσβου) Agrippa, Hierosolyma rediit Herodes.

Cognoscimus igitur anno a. Ch. n. 15 Agrippam contra Bosporanos esse profectum. Huius expeditionis causa Roma discessit, sicut Augustus Galliarum et Germaniae placandarum causa (D. C. LIV 19). Nam eum iam, cum in meridionali Asiae parte versaretur — colonia nimirum occupatus deducenda — Bospori condicionem cognovisse et ex Iosephi verbis et ex expeditione ineunte statim vere suscepta colligitur. Ipsi autem expeditioni praeter omnium opinionem Agrippa minus operam dedit, quam provinciis constituendis. Quod Dio Cassius ut rem minus gravem silentio praeteriit. Neque itineri Iudaïco quidquam momenti tribuisse videtur. Rerum autem Bosporanarum mentionem fecit, et quod omnino res militares exsequi solebat, et quod Agrippa de expeditione sua primus ad Augustum, non ad senatum rettulit idemque primus triumphum recusavit. Qua de causa, ut supra diximus, non satis servato temporum et rerum gestarum ordine narrat hic ea, quae cum his duabus novis atque insolitis rebus cohaereant. Reliquas autem res ab Agrippa in Asia gestas omisit, sicut omisit etiam eas, quas ille anno a. Ch. n. 23 proximisque ibidem gesserat (LIII 32). Sed Lesbi in insula quibus rebus Agrippa occupatus fuerit, hac de re ne Iosephus quidem quidquam. Qui satis habet narrare, quae proximo tempore (annis 14 et fort. 13) gesta sint ab Herode, aliena illa quidem a nostra quaestione (XVI 2, 5—3, 1).

Agrippam igitur Lesbi administrandae Asiae operam dedisse necessario statuitur. Qua autem fuit modestia (D. C. LIV 11), veri est simile eum, sicuti fecit iam anno 23 (id. LIII 32; cf. Marquardtii *Verwaltung I² 417 nt. 4*) per legatos providisse huic negotio, cum ipse quasi remotum ab hominum oculis se contineret, ne virtutem suam venditare aut ostentare videretur.

Anno autem 13 (D. C. LIV 28, 1) fortasse primo vere[1]) rediit Agrippa. Ἀγρίππᾳ γε μὴν ἀνιόντι εἰς τὴν Ῥώμην μετὰ

1) Nam eodem anno tribuniciam potestatem in quinque annos Agrippae prorogavit Augustus (Cal. Quinct.? Cf. Mommsenii *Staatsr. II³* 797 adn. 3) et bello instante eum in Pannoniam misit. Martio autem mense anni 13 Agrippa mortuus est.

τὴν διοίκησιν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας δεκαετῆ γεγενημένην, πλεύσας ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ συντυγχάνων μόνον ἐς τὸν Ἀντίπατρον ἐπηγάγετο καὶ παρέδωκεν εἰς Ῥώμην ἀνάγειν μετὰ πολλῶν δώρων ... (Ioseph. Ant. XVI 3, 3).

Haec igitur nobis sunt statuenda:

Anno a. Ch. n. 16: Agrippa post diem II mensis Sept., sed ante Augusti discessum, ab hoc et Bospori pacandi et coloniae Berytum deducendae causa in Asiam missus est. (Consentire videtur Mommsenius Res gest. D. Aug.[2] p. 42 nt. 1, dubitat Schuerer l. l. p. 302 adn. 15.)

Hieme appropinquante expeditionem Bosporanam in proximum annum distulit. Prope Iudaeam vel Beryti vel in alio illius regionis oppido versatus et ab Herode invitatus Hierosolyma adiit.

Unde nuntiis de Bosporo vel de Iulia acceptis in Ioniam festinavit.

Anno a. Ch. n. 16/15: hiemem Agrippa Mytilenae degit.

Anno a. Ch. n. 15: ineunte vere in Bosporum est profectus. Tumultum a Polemone I iam sedatum invenit. Sinope ex urbe litteras dedit ad Augustum ibique ad res Bosporanas per legatos suos constituendas diutius moratus est. Per aestatem in itinere per Paphlagoniam, Cappadociam, Phrygiam facto civitatum et provinciarum res ab Agrippa constitutae sunt.

Denique Ephesum et Samum se contulit, unde (fortasse hieme appropinquante) Lesbum in insulam rediit.

Anno a. Ch. n. 15/14: Lesbi hiemavit.

Anno a. Ch. n. 14: Asiae rebus compositis senatus supplicationem et triumphum Agrippae decrevit. Quem honorem recusavit. Mytilenae manens provincias Asiae per legatos administrabat.

Anno a. Ch. n. 13: aut vere aut ineunte aestate Agrippa Romam rediit.

Zu den Namen der attischen Steuerklassen

Von

Conrad Cichorius
in Leipzig

Die vier attischen Klassen der Pentakosiomedimnen, Hippeis, Zeugiten und Theten mufsten lange Zeit als eine Neuschöpfung Solons zum Zweck der Besteuerung betrachtet werden und man hatte demgemäfs auch ihre Namen durch Beziehung auf den Census zu erklären sich bemüht. Jetzt wissen wir durch die *Ἀθηναίων πολιτεία* des Aristoteles, dafs alle vier Namen zweifellos aus einer viel ältern Zeit als der Solons stammen und dafs Solon nur an die von ihm bereits vorgefundenen Klassen seine Abstufung der politischen Rechte geknüpft hat. Damit fällt aber die Notwendigkeit, die Namen aus dem Census zu erklären, fort und es entsteht vielmehr die Frage: was waren und bedeuteten denn die von Solon zu Grunde gelegten vier alten Klassen ursprünglich? Weder Aristoteles selbst giebt uns hierüber eine direkte Auskunft noch haben wir sonst irgendwelche darauf bezügliche Nachrichten in der Litteratur. Den einzigen Anhaltspunkt, um eine Vermutung über ihr eigentliches Wesen aufzustellen, bieten die Namen selbst und bei diesen mufs daher die Untersuchung einsetzen.

Völlig klar ihrem Wesen nach sind die Namen der Pentakosiomedimnen und der Theten. *Πεντακοσιομέδιμνοι* ist eine finanztechnische Benennung für die Grofsgrundbesitzer von einem bestimmten jährlichen Minimal-Bodenertrag an. *Θῆτες* ist die seit alter Zeit (schon bei Homer) nachweisbare Bezeichnung eines socialen Standes, nämlich der Tagelöhner und ländlichen Arbeiter ohne eigenen Grundbesitz (vgl. Gomperz Die Schrift vom Staatswesen der Athener und ihr neuester Beurteiler p. 43); es bedeutet also für das ältere Attika die unterste Klasse der freien Bevölkerung, die keinen Anteil an der Regierung hat, aber auch vom regulären Heerdienst befreit ist; vgl. E. Meyer Geschichte des Altertums II p. 656.

Der Name der *ἱππεῖς* wurde im Altertum wie in der neueren Zeit zumeist aus dem *ἱπποτροφεῖν δύνασθαι* erklärt, d. h. man glaubte, dafs ursprünglich so gehiefsen habe, wer reich genug war, ein Pferd zu halten. Allein diese Ansicht, die Aristoteles

πολ. 7, 4 — wenn auch nur für die solonischen ἱππεῖς — zurückweist, ist schwerlich richtig und beruht eben nur auf der Voraussetzung, dafs der Name irgendwelche Beziehung zum Vermögen enthalten müsse. Die einfache und nächstliegende Bedeutung von ἱππεύς ist doch 'Reiter' und den Mann einen 'Reiter' zu nennen, dessen Vermögen ihm eventuell gestatten würde ein Pferd zu halten, ist für jene frühe Periode doch zu fernliegend. Man mufs versuchen aus der Grundbedeutung des Wortes eine Erklärung des Namens zu finden und diese liegt nahe genug; sie ist auch schon mehrfach gegeben worden, zuletzt von Gilbert Griech. Staatsaltertümer 2. Aufl. I 126f., mit dem ich mich mehrfach berühre. Die ἱππεῖς waren in der vorsolonischen Zeit einfach die Reiter, d. h. der eupatridische Reiteradel, der dank seiner Geburt, nicht seines Reichtums, den Dienst zu Rofs leistete und der genau so in jenen frühen Zeiten in andern griechischen Staaten — ich verweise auf das gleichfalls ionische Eretria Aristot. πολ. 15, 2 und öfters in der Politik — als die herrschende Klasse nachweisbar ist (Gilbert p. 127). Aristoteles sagt ausdrücklich an der weiter unten zu besprechenden Stelle Politik IV 1297^{b}, und zwar ganz allgemein von den griechischen Staaten, die πρώτη πολιτεία nach der Königsherrschaft sei die der Reiter, der ἱππεῖς, gewesen und an Analogien bei andern Völkern aus den verschiedensten Zeiten fehlt es bekanntlich nicht. Der Name der attischen ἱππεῖς ist also ursprünglich wohl ein militärisch-politischer eines ganzen Standes gewesen und erst durch Solon an einen Census geknüpft worden.

Die dritte Klasse, die Zeugiten, sind seit dem Altertum übereinstimmend erklärt worden als diejenigen, die sich ein ζεῦγος, ein Gespann halten können, als 'Gespannbauern', 'Jochbauern' und man hat dann in ihnen die Klasse der kleineren Grundbesitzer erblickt. Allein diese Erklärung scheint mir sachlich wie sprachlich gleich bedenklich. Sachlich schon deshalb, weil der Ausdruck ζεῦγος ja ein viel zu allgemeiner ist, als dafs er für eine ganze Klasse der Bevölkerung charakteristisch sein könnte. Ζεῦγος heifst bekanntlich einfach 'das Gespann', aber damit können Objekte von sehr verschiedenem Wert bezeichnet werden, es kann ein Gespann Pferde, ein Gespann Maultiere, ein Gespann Ochsen sein, von denen das letztere natürlich ungleich wertvoller ist als beispielsweise ein Gespann Maultiere.[1]) Dann aber kann der Besitz eines Gespanns auch deshalb nicht als charakteristisch für den attischen Kleinbauern betrachtet werden, weil ein solches doch nur für einen Teil der Bodenwirtschaft Attikas Verwendung fand. Ein grofser Teil des Grundbesitzes bestand ja in Olivenpflanzungen, für die ein

1) Ζεῦγος einfach gleich Ochsengespann zu setzen, wie Gilbert p. 128 Anm. 1 will, geht nicht an, da es schon seit den ältesten Zeiten Gespanne von allen drei Tierarten gab.

Gespann zum Pflügen und zur Bodenbestellung überhaupt nicht erforderlich war. Der Ausdruck 'Gespannbesitzer' für die ganze Klasse der kleineren Grundbesitzer wäre also so wenig bezeichnend wie nur möglich gewesen.

Allein viel schwerer noch als diese sachlichen Bedenken wiegen die sprachlichen. Meiner Ansicht nach kann nämlich das Wort ζευγίτης überhaupt gar nicht die Bedeutung haben 'Besitzer eines Gespanns', dies heifst vielmehr ζευγοτρόφος vgl. Plut. Pericl. 12. Eine Prüfung der beiden sichern Stellen, wo das Wort in Beziehung auf das Gespann vorkommt, wird dies zeigen. Es kommt da zunächst Diodor XVII 71, 2 in Betracht, wo berichtet wird, dafs Alexander, um die reiche Beute von Persepolis fortzutransportieren, herbeikommen liefs ἡμιόνων πλῆθος, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ ζευγιτῶν, πρὸς δὲ τούτοις καμήλους ἀχθοφόρους τρισχιλίας. Hier ist ζευγίτης also gesagt von den im Joch, vor den Wagen, eingespannten Zugtieren im Gegensatz zu den Saumtieren, den Packeseln. Die andere Stelle ist Callimachus hymn. in Apoll. 48, wo es von Apollo heifst ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους; hier sind die vor den Wagen einzuspannenden Pferde im Gegensatz zu Reitpferden gemeint.

Beide Stellen sind völlig klar und beweisen, dafs ζευγίτης heifst: ein ζεῦγος, ein Gespann bildend, im ζεῦγος stehend, nicht aber ein ζεῦγος besitzend, dafs es also gesagt wird von den ins Joch gespannten Zugtieren, keineswegs aber von dem das Joch besitzenden Bauer. Dann kann aber auch der Name der attischen Klasse unmöglich die ihm beigelegte Bedeutung 'Gespannbauer' haben. Diese beruht aber auch einzig auf den Worten des Pollux VIII 132 ζευγήσιόν τι τέλος οἱ ζευγοτροφοῦντες ἐτέλουν, deren Autorität eine sehr geringe ist; läfst es sich doch erkennen, dafs die Quelle des Pollux den unverständlichen Namen einfach nach Analogie des ἱπποτροφεῖν der ἱππεῖς gedeutet hat. Die Neueren haben diese Deutung dann übernommen, weil man wieder eine Beziehung auf das Vermögen annehmen zu müssen glaubte und eine bessere nicht fand.

So dürfte sich die bisherige Erklärung des Namens sachlich wie sprachlich als unhaltbar erweisen und es mufs eine neue, der Grundbedeutung von ζευγίτης mehr entsprechende gesucht werden. Dazu ist es erforderlich, die wenigen Stellen, an denen das Wort aufser als Name der Steuerklasse vorkommt, zu prüfen. Die beiden Fälle, wo es von Zugtieren gesagt ist, sind bereits besprochen; sie lehrten, dafs es für die nebeneinander eingespannten Tiere gebraucht wird. Dann kommt das Wort mehrmals vor bei Theophrast[1]) hist. plant. V 11, 3—6, wo das Schilf (κάλαμος ζευγίτης) so heifst,

1) Die Worte des Plinius nat. hist. XVI 169 über die calami zeugitae sind aus Theophrast geschöpft.

das zur Herstellung der ζεύγη der Flöten, der nebeneinander befestigten Rohrpfeifen verwandt wurde.

Endlich finden wir das Wort ζευγίτης noch bei Plutarch Pelopid. 23: *οἱ Σπαρτιᾶται πρὸς οὐδὲν οὕτως ἐπαίδευον αὑτοὺς καὶ συνείθιζον, ὡς τὸ μὴ πλανᾶσθαι μηδὲ ταράττεσθαι τάξεως διαλυθείσης, ἀλλὰ χρώμενοι πᾶσι πάντες ἐπιστάταις καὶ ζευγίταις, ὅποι ποτὲ καὶ συνίστησιν ὁ κίνδυνος, καταλαμβάνειν καὶ συναρμόττειν καὶ μάχεσθαι παραπλησίως.* Es handelt sich hier darum, dafs der Hoplit der spartanischen Phalanx bereits im Frieden darin geübt wird, jede im Gefecht etwa eintretende Unordnung, Verwirrung oder Lücke in den Reihen der Aufstellung sofort wieder zu schliefsen und ohne weiteres mit den ersten besten Soldaten, die das Getümmel in seine Nähe bringt, neue Rotten und Glieder zu bilden, wie wir sagen würden, auf den nächsten besten Vordermann und Nebenmann zu nehmen. *Ἐπιστάται*, Hintermänner ist dabei von den Rotten der Phalanx in der Tiefe gesagt, *ζευγῖται* müssen also die Nebenmänner (sonst *παραστάται*) nach rechts und links zu sein, die mit dem Betreffenden in ein und demselben Glied stehen. Um nun zu erklären, wie das Wort zu dieser Bedeutung kommt, müssen wir nach Analogie der sonstigen Bedeutung von ζευγίτης annehmen, dafs es ursprünglich einen alten Ausdruck ζεῦγος für das Glied der Phalanx gegeben habe. Ein solches ist für uns nun freilich nicht mehr nachzuweisen, wohl aber hat, worauf Wachsmuth mich aufmerksam macht, das nahe verwandte Synonymum ζυγόν — ζυγός, das auch sonst mit ζεῦγος abwechselnd gebraucht wird, häufig diese Bedeutung. Es bezeugen dies nicht nur ausdrücklich Pollux I 127 und Suidas, sondern es geht auch aus vielen Stellen der Historiker hervor; z. B. Thuk. V 68, 3 *ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ*, im ersten Gliede, Polyb. XVIII 29, 5 *τὰς μὲν τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου καὶ τετάρτου .... τὰς δὲ τοῦ πέμπτου ζυγοῦ σάρισας*, das zweite bis fünfte Glied der Phalanx, Polyb. I 45, 9 und III 81, 2 *κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγόν* u. ö.; vgl. auch Bauer Griech. Kriegsaltert. in I. Müllers Handbuch III 329. Dann sind die *ζευγῖται*, die Nebenmänner, bei Plutarch wohl als die einzelnen Leute eines solchen ζεῦγος oder Gliedes zu verstehen, wie sie in der geschlossenen Aufstellung der Phalanx (ähnlich wie die Zugtiere im Joche) nebeneinanderstehen.[1])

Haben wir somit die verschiedenen nachweisbaren Bedeutungen des Wortes ζευγίτης festgestellt, so ist zu untersuchen, ob eine derselben zum Verständnis des Namens der attischen Zeugiten verhelfen kann. Dies könnte vielleicht bei der zuletzt behandelten Bedeutung der Fall sein. Durch die Plutarchstelle ist ζευγίτης

---

1) Als militärischer Ausdruck würde ζευγίτης auch bei Diodor XIX 106 aufzufassen sein, wenn dort der Text feststünde; die Handschriften haben ζευγίππους, wofür Reiske ζευγίτας vermutet.

erwiesen als eine wahrscheinlich sehr alte militär-technische Bezeichnung für die einzelnen Hopliten im Gliede der Phalanx in ihrer Stellung zu einander. Nun wissen wir, daſs gerade die attischen Zeugiten bis in späte Zeit eben den eigentlichen Hoplitendienst im Heere gethan haben. Da aber schon die eine der Steuerklassen, die der *ἱππεῖς* sich als eine ursprünglich militärische Einrichtung herausgestellt hat, nämlich als die Reiter, so liegt es nach den obigen Ausführungen nahe, in der dem Range nach ihnen folgenden Klasse der Zeugiten die alten Hopliten der Phalanx zu erblicken. Der Name würde dann zunächst bedeutet haben 'die Nebenmänner, die Reihenleute', d. h. die in geschlossener Reihe Stehenden und Kämpfenden im Gegensatz zu den Reitern und den Leichtbewaffneten.

Für eine solche Auffassung der beiden Klassen als alter militärisch-politischer Stände tritt als eine willkommene Stütze hinzu die wichtige Stelle in der Politik des Aristoteles IV 1297[b]. Dort heiſst es *ἡ πρώτη δὲ πολιτεία ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο μετὰ τὰς βασιλείας ἐκ τῶν πολεμούντων, ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκ τῶν ἱππέων (τὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ὁ πόλεμος εἶχεν· ἄνευ μὲν γὰρ συντάξεως ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν, αἱ δὲ περὶ τοιούτων ἐμπειρίαι καὶ τάξεις ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον, ὥστ' ἐν τοῖς ἱππεῦσιν εἶναι τὴν ἰσχύν) αὐξανομένων δὲ τῶν πόλεων καὶ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχυσάντων μᾶλλον πλείους μετεῖχον τῆς πολιτείας.* Genau so wie hier im allgemeinen als die Entwickelung der griechischen Staaten bezeichnet wird der Übergang vom Königtum zu einer militärischen Verfassung und zwar zunächst zur Herrschaft der *ἱππεῖς*, des Reiteradels, dann bei wachsender Bedeutung des schweren Fuſsvolks, d. h. der Phalanx, zu einer Regierungsform, wo auch die als Hopliten dienenden Bürger neben den *ἱππεῖς* einen wenn auch geringeren Anteil an der Herrschaft haben, genau so haben wir uns ja nach den Namen der beiden Klassen für Athen die Entwickelung zu denken, wo auch neben *ἱππεῖς* die Hopliten, die Zeugiten mit geringeren politischen Rechten als herrschende Klasse anzunehmen waren. Was wir seit Solon als Steuerklassen finden, wären dann also ursprünglich die aus einer militärischen Ordnung hervorgegangenen Stände der Bürgerschaft gewesen.[1]) Denn auch die Theten fügen sich in dieses System leicht ein, es ist eben die groſse Menge des vom Heerdienst befreiten niederen Volkes, das nur im Notfall oder als Leichtbewaffnete und Schiffsvolk verwandt wird. Es hätten dann also in der vorsolonischen Zeit die drei groſsen Klassen der Ritter, Hopliten und Dienstfreien nebeneinander gestanden.

---

1) Den militärischen Charakter der Klassen betont auch E. Meyer II p. 653, der dabei aber an der Ableitung der Namen vom Census dennoch festhält.

Einzig die Pentakosiomedimnen nehmen eine Sonderstellung ein, aber gerade diese sind ja, wie ihr Name zeigt, deutlich jüngeren Ursprungs und nur eine Vermögensklasse. Meines Wissens hat zuerst Knoke Grenzboten 1891, 43—44 die einleuchtende Vermutung ausgesprochen, dafs die Pentakosiomedimnen ursprünglich nur eine Unterabteilung der *ἱππεῖς* waren und zunächst auch *ἱππεῖς πεντακοσιομέδιμνοι* hiefsen; die reichen Grofsgrundbesitzer werden sich eben als besondere Gruppe mit besonderen Vorrechten aus der grofsen Menge der übrigen *ἱππεῖς* losgelöst haben (vgl. Gilbert 127), und dadurch wird jene kombinierte aristokratisch-timokratische Verfassung (*ἀριστίνδην καὶ πλουτίνδην*) entstanden sein, von der Aristoteles *πολ.* 3, 1 und 3, 6 spricht, s. Gilbert 125.

Solon hat bei seiner Reform dann einfach die bestehenden alten drei bez. vier Stände für die politische Berechtigung und die Besteuerung zu Grunde gelegt und die alten Namen, die sich ja zu seiner Zeit freilich nicht mehr mit dem ursprünglichen Charakter deckten, beibehalten. Vielleicht erklärt es sich dann auch, dafs bei der solonischen Verfassung der Einzelne nicht Zeugite oder *ἱππεύς* wird sondern nur *ζευγίσιον* oder *ἱππάδα τελεῖ*, d. h. in der für Zeugiten und Ritter normierten Vermögenshöhe steuert.

Bei Annahme der obigen Erklärung der Klassen ergiebt sich wenigstens eine einheitliche Entstehung und Benennung der drei Hauptklassen, aber auch wer diese Erklärung nicht annehmen will, wird zum mindesten an der bisherigen Deutung des Namens *ζευγίτης* nicht festhalten können und eine andere an ihre Stelle setzen müssen.

Quaestionum Scylacearum Specimen

Scripsit

Curtius Theodorus Fischer
Lipsiensis

Constat cum aliorum tum Muelleri[1]) sagacitate et Muellenhoffii[2]) subesse Scylacis Caryandensis qui fertur periplo periplum Phileanum. Neque tamen satis recte iudicarunt viri illi doctissimi, cum Phileae Atheniensis opus quarto demum a. Chr. n. saeculo conditum esse putarent; immo cum Macrobii testimonio (sat. V 20), tum Avieni auctorum illo indice orae maritimae praefixo (vv. 42 sqq.) priore saeculi quinti parte eum ad scribendum sese contulisse[3]) evincitur: unde apparet, qui fiat ut saepissime quae vetustissimae illius aetatis vestigia haud ambigua prae se ferant legantur apud Scylacem.[4]) Iam vero altera ex parte nemo sanus negaverit commemorari ab eo multa, quae ante Philippi alterius Macedonum regis tempora commemorari non potuerint, id quod inde a Niebuhrio[5]) usque ad Ungerum[6]) permulti demonstrare studuerunt et historici et geographi, curiosiorem sane quam fructuosiorem operam ea solum in re consumentes ut certo quodam anno periegesin scriptam esse probarent.

At contra disputantem audio, quonam modo et ineuntis saeculi V et exeuntis saeculi IV signa unus idemque libellus possit ostendere.

Isti quidem sic respondendum: ante oculos erat compendium illud e periplo Phileano conditum nescio cui IV saeculi viro docto; qui cum multa rerum statui, qualis tunc erat, non iam respondere intellegeret, parvulum illud opusculum ad praesentem tum terrarum cognitionem adaptare constituit. Adiit igitur, qui eis tempo-

1) Cf. *g. gr. m.* I p. L.
2) Cf. *Deutsche Altertumsk.* III p. 32.
3) Cf. Osann *Zimmerm. annal.* 1841 p. 635 sqq. 1844 p. 927 sq. Berger, *Gesch. d. wiss. Erdk. d. Gr.* II p. 66.
4) Cf. Mueller l. l. p. XLIV sq.
5) *Kl. Schr.* I p. 105 sqq.
6) *Philol.* XXXIII p. 29 sqq.

ribus geographicis studiis prae ceteris incubuerant auctores eosque secutus Phileae periplum retractavit. Quamquam non feliciter haec opera ei cessit. Nam multis in locis sive neglegentia sive ignorantia causa ei exstitit, ut quae repperit in vetustissimo illo periplo tametsi obsoleta diu iam erant retineret, eademque inscitia factum, ut saepius nunc quidem legamus, quae aperte secum pugnant. Omnino intentis oculis intuenti per totum fere periplum duplex quasi strues in facili versatur cognitione. Ut autem qui in unum corpus duae illae partes coierint planum fiat, oblata hac scribendi opportunitate pauca tractabo singillatim, sed breviter et ut in gravissimis desistam: ex Graeciae descriptione duas primum elegerim paragraphos, quibus nisi ad hunc usque diem falsa de singularum terrarum vel historia vel geographia protulere viri docti.

Traduntur §§ 45. 46 haec de Messenia et Laconia:

Μετὰ δ' Ἀρκαδίαν ἐστὶν ἔθνος Μεσσήνη καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· πρώτη Μεσσήνη καὶ λιμήν. Κυπάρισσος ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάττης στάδια ζ', Ἰθώμη ἐν μεσογείᾳ ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάττης στάδια π'. Παράπλους δὲ τῆς Μεσσηνίας χώρας στάδια τ' Λακεδαίμων. . . . Λακεδαίμων ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχίλλειος λιμὴν καὶ ἀντίπυγος τούτου Ψαμαθοῦς λιμήν . . . . Παράπλους δὲ τῆς Λακεδαιμονίων χώρας ἡμερῶν τριῶν.[1])

Docuit Niebuhrius[2]) Messeniam inde a bellis Messeniacis usque ad Epaminondam nullam fuisse; regionem eius accensitam fuisse Laconiae; Epaminondam vero cum primum in Peloponnesum invasisset, liberasse Messeniam Lacedaemoniorum imperio, revocasse undique Messenios, aedificasse Messenen urbem, caput et propugnaculum novae reipublicae.[3]) Hucusque ille satis recte. Iam vero ipso Scylace nisus eam sibi finxit opinionem, Messenios non statim post instauratam patriam omnem obtinuisse Messeniam: immo pugna demum ad Mantineam commissa eos omni terra potitos Asinen, Methonen, totamque quae meridiem versus procurreret peninsulam occupavisse. Ita Niebuhrius, cuius sententiam etiam qui novissime de Messeniorum rebus egit amplexus est Nieseus, praeterquam quod Philippum demum Messeniis meridionalem illam regionem reddidisse arbitratur. Attamen et hic facile erroris convincitur et Niebuhrius. Pugnant enim primum contra disertum Pausaniae testimonium, qui IV 27, 8 ita loquitur: *αὐτῇ μὲν δὴ τῇ πόλει Μεσσήνην ἔθεντο ὄνομα, ἀνῴκιζον δὲ καὶ ἄλλα πολίσματα. Ναυπλιεῖς*[4]) *δὲ ἐκ Μοθώνης οὐκ ἀνέστησαν· κατὰ χώραν δὲ καὶ*

1) Addendum haud dubie ⟨*καὶ νυκτῶν τριῶν*⟩, cum amplius 2500 stadiis sex respondeant navigationis dies. Eodem vitio § 34 inquinatum esse comparato Dionysii v. 56 docte animadvertit Mueller.

2) l. l. I p. 118 sq.

3) Cf. Grote, *Gesch. Gr.*² V p. 442 sqq. Curtius, *Gr. Gesch.* III 330 sq. Stern, *Gesch. d. spart. u. theb. Heg.* p. 178. Schaefer, *Dem.*² I p. 81 sqq. Niese *Hermes* XXVI p. 20 sqq.

4) Cf. Paus. IV 35, 2. Busolt, *Laked.* I p. 71.

Ἀσιναίους[1]) *μένειν εἴασαν, τούτοις μὲν καὶ εὐεργεσίαν ἀπομνημονεύοντες, πολεμῆσαι μετὰ Λακεδαιμονίων πρὸς σφᾶς οὐ θελήσασι.* Cum vero haec satis sint ad repellendas eorum argutias, id etiam per se patet, talem Messeniam, qualem Scylax describit qualemque illi vv. dd. sibi excogitaverunt, numquam potuisse stare. Stultissimus profecto fuisset Epaminondas omnisque rationis expers, si ita procreasset novam rem publicam, ut omnibus quae ut cresceret necessariae erant condicionibus careret! Nam ea ipsa, quae ab Ithomae montis radicibus meridiem versus patet usque ad sinum Messeniacum planities longe felicissima totius Messeniae pars et fuit antiquis temporibus et hodie est.[2]) Dein autem qui potuit commercium efflorescere et navigatio, si a sinu Messeniaco seclusi erant novi incolae? Quem quanti ipsi aestimaverint, inde cognoscitur, quod cum primum in patriam reverterunt Coronen ibi exstruxerunt portum.[3]) Nonne vero hac ipsa re iterum demonstratur, Rhion peninsulam ilico post primam Epaminondae expeditionem in Messeniorum venisse manus? Quodsi vero ad unum omnes ad Xenophontem recurrunt, qui Hell. VII 1, 25 Asinen ab Arcadibus captam ibique praesidio Laconico praefectum Geranora trucidatum esse narrat, unde concludunt Asinen Messeniacam aliquantum temporis mansisse in Lacedaemoniorum potestate[4]), miro tenentur errore: videlicet apud Xenophontem sermo est de Asine non Messeniaca, sed Laconica: *στρατευσάμενοι* (sc. *οἱ Ἀρκάδες*) ait *καὶ εἰς Ἀσίνην τῆς Λακαίνης ἐνίκησάν τε τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φρουρὰν* e. q. s. Itaque manifestum est, Arcades aggressos esse eam Laconiae urbem, quae usitatiore nomine audit Las: utramque vocem aequaliter in usu fuisse discimus ex Stephano Byzantio (s. v. *Ἀσίνη*) et Strabone, qui p. 363 C haec dicit: *εἶτ'* (i. e. post Taenarum promunturium) *Ἀσίνη καὶ Γύθιον τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον.*[5]) Id igitur extra dubitationem positum est, Messenios in patriam, qua tamdiu caruerant, revocatos statim Epaminondae auxilio duas illas planities, quibus omnes eorum vires nitebantur simulque etiam peninsulam australem recuperasse[6]); Denthaleatim solam Philippus eis reddidisse traditur.[7]) Iam redeamus ad Scylacem! Quomodo tandem quae apud eum leguntur explicanda sunt, cum reapse Messenia nunquam talibus finibus fuerit circum-

1) Cf. Paus. II 36, 5. Busolt l. l. p. 67 sq.
2) Cf. Curtius, *Peloponnes* II 156.
3) Cf. Curtius l. l. p. 166.
4) Cf. Niese l. l. p. 20.
5) Cf. Curtius l. l. II p. 274. 324. Bursian, *Geogr. v. Griechenl.* II p. 146 sq. Ad eandem urbem pertinent, quae Thuc. IV 54, 4 memoriae prodidit.
6) Cf. Grote l. l. p. 442 adn. 127.
7) Cf. Tac. ann. IV 43. Strab. VIII 4, 6. Paus. III 2, 6. IV 4, 2; 31, 3. Curtius l. l. II p. 284 sqq. Schaefer l. l. III p. 47. Neubauer *Arch. Ztg.* 1876 p. 128. 1878 p. 104. Weil *Mitt. d. ath. Inst.* VII p. 211.

scripta? Ut quid verum sit indagetur, ad aliam rem advertendus est animus! Nimirum non poterit non graviter offendere, quod cum inde a § 41 non diebus navigationis, sed stadiorum numero distantiae definiantur subito quousque Laconia a Messeniae finibus porrigatur ita indicatur, ut quot dies nautae in ea circumflectenda consumant exponatur: haec ratio antiquior est, illa accuratior et recentioris originis. Ex hac autem observatione profectus hanc censeo fuisse rerum seriem: pertinuerat in vetere periplo Lacedaemoniorum ager, sicuti ipsa re flagitabatur ab Elidis termino usque ad Argolidis: Messenia tunc nulla erat. Quod verum non iam erat eo quo retractator ille peripli Phileani fuit tempore, qui ut Arcades ad mare procurrentes fecit[1]), ita etiam Messeniae restitutae mentionem debebat iniicere. At ineptissime — quanam commotus de causa id sane non possumus coniectura assequi — quae de recenti rerum statu ei innotuerant cum veteris peripli descriptione in eam coniunxit formam, quae nunc quidem legitur.

Atque eadem plane res, magis etiam dilucida deprenditur, ubi agitur de Maliensium sedibus. Traduntur § 62 haec: *Μηλιεῖς. Μετὰ δὲ Φωκεῖς εἰσὶ Μηλιεῖς καὶ ὁ κόλπος ὁ Μηλιεύς· ἐν τούτῳ ⟨τῷ⟩ κόλπῳ εἰσὶν οἱ λιμοδωριεῖς καλούμενοι οἵδε· Ἐρινεός, Βοῖον, Κυτίνιον. Ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχίς, Οἴτη, Ἡράκλεια, Σπερχειὸς ποταμός. Μαλιεῖς. Μετὰ δὲ Μηλιεῖς ⟨Μαλιεῖς⟩ ἔθνος. Ἔστι δὲ Μαλιεῦσιν ἡ πρώτη πόλις Λάμια, ἐσχάτη δὲ Ἐχῖνος· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Μαλιεῦσι, μέχρι οὗ ὁ κόλπος ἐπιθίγῃ. Καὶ τῇ Μαλιέων χώρᾳ ἐποικοῦσιν ἄνωθεν ἀπὸ μεσογείας Αἰνιᾶνες καὶ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμός.* Magnopere hic locus interpretum lusit acumen et gravissimorum fons exstitit errorum. Erant qui censerent — et sunt adhuc — Lamienses Maliensibus substituendos esse; quod duplici de causa nequit probari: primum Lamienses totam illam regionem quae est a Spercheo flumine ad Echinum usque urbem possedisse nec usquam traditum accepimus nec per se verisimile est: alterum argumentum est, quod ipsa Lamia urbs IV a. Chr. n. saeculo Maliensium erat (cf. Scymn. v. 602. Plut. de Pyth. orac. p. 398 C. Polyb. ap. St. Byz. s. v.). Sed hoc levius est; gravius, quod alii opinati sunt Maliensium fines in Scylacis enarratione incipere demum a Spercheo fluvio, hucusque protendi Limodorienses: talia iure sprevit Carolus Mueller! Nec meliora sunt, quae proposuit Kriegkius[2]) qui temeraria coniectura dimidiam fere paragraphi partem eiici voluit. Non potest sane cum his comparari, qui novissime sagaciter de tota ea regione quae sinui Maliaco adiacet egit Weilius[3]); attamen vereor ne quamvis acri ratiocinatione consilium assecutus non sit. Ea est enim Weilii

1) Cf. Niebuhr l. l. p. 117.
2) *De Maliensibus dissertatio* 1833 p. 1 sq.
3) *Herm.* VII p. 380 sqq.

sententia, recte quidem Scylacem duas inter se distinxisse gentes, divisas unam ab altera Sperchei fluminis alveo; lapsum autem esse auctorem ea in re, quod Malienses alteram vocasset, alteram Melienses: immo medio fere saeculo quarto inde ab Alpeno urbe usque ad Spercheum habitasse in ipsa maris ora Oetaeos atque tenuisse eos agros, qui priscis temporibus in Maliensium ditione fuissent; Malienses vero ipsos motos e pristinis sedibus incoluisse eum orae tractum, qui a Spercheo ad Echinum usque oppidum porrigeretur. Quae omni in parte falsa sunt. Quippe sicuti Dores nunquam attigerunt oram maritimam (cf. Cic. de rep. II 4), ita ne Oetaei quidem neque Weilius sat certa affert documenta, quibus ut tale quid statuamus commoveamur. Id unum compertum habemus ab Iasone Pheraeo Heraclea urbe expugnata eius agrum altera ex parte Oetaeis, ex altera Maliensibus concessum esse (cf. Diod. XV 57) urbemque ipsam illis assignatam (cf. Diod. XVIII 11); quae praeterea protulit Weilius, non nituntur certis testimoniis, sed substructa sunt in mera coniectura eaque prorsus improbabili. Sed quid plura? Plausus maximi me quidem iudice impertiendi sunt Muellero, qui haec monet (p. 50): 'Severior critica praefracte iubet, ut auctorem peripli inter Malienses et Melienses distinxisse statuamus. Improbare hoc, at non tollere licet.' At nos in hac re non subsistemus, sed quonam modo per tantum errorem labi potuerit Scylax nobiscum reputabimus.

Fuerat haud dubie Maliensium terra in vetere periplo eisdem circumscripta finibus, quibus circumcluditur ab Herodoto, qui VII 193 haec dicit: *Οὔρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικληΐει πᾶσαν τὴν Μηλίδα γῆν, Τρηχίνιαι πέτραι καλεύμεναι. Πρώτη μὲν νῦν πόλις ἐστὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι ἀπ' Ἀχαΐης Ἀντικύρη, παρ' ἣν ποταμὸς Σπερχειὸς ῥέων ἐξ Αἰνιήνων εἰς θάλασσαν ἐκδιδοῖ* e. q. s.![1]) Quem si ducem sequamur, enarranda erant haec: *Μετὰ δὲ Φωκεῖς εἰσὶ Μηλιεῖς καὶ ὁ κόλπος ὁ Μηλιεύς. Ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχίς, Οἴτη. Σπερχειὸς ποταμός.* Iam vero retractator repperit in eo, quem inspexit posterioris aetatis auctore Lamiam — quae interim vel condita erat vel effloruerat — Maliensium esse eosque pertinere ad Echinum usque urbem: qua re reiicimur ad Philippi regis tempora; etenim fuerat antea Echinus Thebanorum imperio subiectum, id quod vel inde necesse est colligamus, quia fabula Echionem Spartum Thebanum conditorem urbis celebrat[2]); Philippus autem discordia inter eos summota[3]) oppidum Thebanis vi ereptum tribuit anno 341 Maliensibus (cf. Dem. phil.

1) Cf. Kuhn *mus. rhen.* XV p. 18. Erravit Weilius cum Herodoti illa verba in dubium vocaret (l. l. p. 386); namque Lamia longius a mari non abest quam Anticyra.

2) Cf. schol ad Dem. Phil. III 34 p. 120, 3; Schaefer l. l. II p. 429 adn. 2.

3) Cf. Voemel *mus. rhen.* I p. 544.

III 34 p. 120). Quid igitur mirum, quod vir ille doctus altera nominis forma deceptus[1]) cum praesertim aliam Malienses tenere regionem inveniret vel invenire sibi videretur, alterum Malienses esse credidit populum a Meliensibus diversum? Itaque inseruit post Melienses Malienses atque omnia iam bene fluere arbitrabatur. Ac clarissima quidem lux affulget huic loco ex hisce Scymni Chii versibus (592 sqq.).

Ἑξῆς δὲ τούτων (sc. *τῶν Λοκρῶν*) *Δωριεῖς μικρὰς πόλεις*
Ἐρινεὸν Βοιόν τε καὶ Κυτίνιον
ἀρχαιοτάτας ἔχουσι Πίνδον τ' ἐχομένην
ἃς Δῶρος Ἕλληνος γενόμενος ᾤκισεν.
τούτων δ' ἄποικοι πάντες εἰσὶ Δωριεῖς.
Εἶτεν παρ' αὐτὰς Ἡράκλει' ἐστὶν πόλις
ἣν οἱ Λάκωνες μυρίους οἰκήτορας
πέμψαντες εἰς Τραχῖνα πρότερον ἔκτισαν.
Ταύτης Πύλαια δ' ἐστὶν· ἑξῆς παράλιος.
ἀγορὰ δ' ἐν αὐτῇ γίνετ' Ἀμφικτυονική.
Κόλπος δὲ κεῖται Μαλιακὸς ἐν τῷ μυχῷ,
Ἐχῖνος οὗ πόλις ἐστί, τοῦ Σπάρτου κτίσις
Ἐχίονος καὶ Μαλιέων ἄλλαι πόλεις,
Ἔπειτ' Ἀχαιοὶ παράλιοι Φθιωτικοί.

Sequitur Scymnus Ephorum, id quod ipse minime dissimulat; ait enim v. 470 sqq.:

Ἑξῆς διέξιμεν δὲ πάλι τὴν Ἑλλάδα
ἐπὶ κεφαλαίου τούς τε περὶ αὐτὴν τόπους
ἐθνικῶς ἅπαντας κατ' Ἔφορον δηλώσομεν.

Eundem autem Ephorum mea quidem opinione tantum non certissimum est adhibitum esse ab eo qui ex vetere Phileae novum compositurus erat periplum. Hoc enim sumpto omnia commodissime conciliantur. Atque primum quidem in clara illa atque perspicua veteris libelli verba Ephori commotus notis (quas nescio an prave intellexerit) retractator intrusit inepta ratione ineptum illud enuntiatum: *ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι οἵδε· Ἐρινεός, Βοῖον, Κυτίνιον* quibus Pindum asserendam esse, librariorum culpa omissam, vix est cur moneam (cf. Strab. IX 427 C). Quam explicationem puto multo probabiliorem esse, quam quae Carolus Mueller de hoc Scylacis commento argutatus est. Dein enumeraverat Ephorus Heracleam urbem, quam anno 426 Lacedaemonii a Trachiniis Tisameno duce auxilio arcessiti aedificarant (cf. Thuc. III 93. Diod. XII 59): distabat Heraclea sex stadia a Trachini oppido (cf. Strabo IX 428) quod inde ab hac aetate deperisse videtur; nam iniuria, ut contrarium evincat, Weilius l. l. provocat

1) Cf. Weil l. l. p. 388.

ad Pausaniam, qui ipse X 22, 1 a. 279 ἐρείπια tantum eius extitisse testatur neque nummi praesto sunt qui hanc sententiam infringant. Quodsi vero Weilius ex Sybaris urbis exemplo auxilium repetit suae opinioni, plane claudicat haec comparatio: scimus enim Sybarin ab aemulo oppido dirutam (cf. Strab. VI 263) saepius restitutam esse: renata primum est post bella Persica[1]); dein habemus disertum Diodori testimonium (cf. XI 90. XII 10) 58 annis postquam ruinis collapsa esset Sybarin iterum esse exaedificatam; denique vel Strabonis temporibus quamvis parvus viculus ibi exstitit (cf. Strabo VI 1, 13). Itaque optime potuit fieri, ut huius urbis non pauci servarentur nummi, excussi intra annos 453—448.[2]) Similes vero casus cur haud cunctanter Trachini quoque affingamus, nullam video causam. Ut autem largiamur, Trachina urbem quarto stetisse saeculo, tamen absurdum est, quod inter Trachinem et Heracleam interponitur Οἴτη sive est mons, sive quod maiorem habet probabilitatem oppidulum[3]): unde merito, opinor, pono, Trachinis commemorationem veteri deberi periplo, Heracleam postea demum adiectam esse.[4]) Idem vero qui in hanc paragraphum intrusit Limodorienses et Heracleam oppidum, addidit quae deinceps sequuntur de Maliensibus, qua nominis forma Ephorum usum esse Scymni Chii versibus luculenter demonstratur. Commemoraverat Ephorus certe Echinum urbem in eorum agro sitam (cf. Scymn. v. 602 sq.); verisimile est, eum etiam Lamiam non praeterisse silentio: non tribuerat Maliensibus Heracleam, quae revera tunc Oetaeorum erat (cf. Diod. XVIII 11): quo factum, ut a peripli retractatore Malienses disiungerentur a Meliensibus, a quibus minime diversi erant.

Nec vero solus Ephorus adhibitus est, sed multa etiam desumpta sunt ex eius auctoris opere, qui aequalis fere erat Cumaei, ex Theopompi Philippicis. Cuius rei certa testimonia anquirentes mirari nos subit, quam accurate describantur eae regiones, quae Adriatico mari circumiacent; subtilissima est a § 21 ad § 28 expositio geographica neque ullam fere video peripli partem quae cum ea possit conferri. Pugnat autem aperta fronte cum hac re, quod imperitissimi erant huius orae vetustissimae aetatis geographi. Sufficiat ut hoc probetur laudare quae Berger (l. l. I p. 87) de eis quas tractaturus sum paragraphis dicit: 'Die Angaben über die Küsten des adriatischen Meeres, über die Meerenge im Süden desselben, über den innersten Winkel an der Keltenküste, über die einzelnen Entfernungen können wir nicht gebrauchen (scil. ad

1) Cf. Plut. Them. 32. Nissen, *it. Ldk.* p. 60 adn. 5.
2) Cf. Leake, *num. hell. (Italy)* p. 145. Head, *hist. num.* p. 70.
3) Cf. Steph. Byz. s. v. Οἴτη. Head l. l. p. 257.
4) Idem fere statuendum esse de Messene et Ithome urbibus vix est cur moneam.

Hecataei tabulas resuscitandas); denn gerade im 4. Jahrhundert wurde dieses Meer zum Schauplatz politischer Ereignisse und daran mufs sich eine Erweiterung der Kenntnisse geknüpft haben, deren Einwirkung sich die Geographie nicht entziehen konnte. Eine Spur dieser Einwirkung zeigt sich in der Lehre von der Teilung des Isterstromes in einen adriatischen und einen pontischen Arm (die Herodot noch unbekannt war, cf. II 26. 33. 34. IV 48—51)' e. q. s. Ita recte Berger nec minus recte Holmius (*Gesch. Siz.* II p. 134): 'Gegen die Mitte des 4. Jahrhunderts erwachte bei den Griechen ein allgemeines Interesse für das adriatische Meer, das allerdings den Vorzug geringer Entfernung für diejenigen bot, welchen es um neue Wohnsitze und gewinnbringende Handelsbeziehungen zu thun war: von den verschiedensten Seiten strömten die Griechen damals dahin zusammen': iam exponit ille quam Dionysius potissimum Syracusanorum tyrannus cum Adriaticae maris regionibus habuerit necessitudinem (p. 440), qui compluribus coloniis, Issa (cf. Sc. Ch. 413. 4) Lisso (cf. Diod. XV 13) Hadria (cf. Et. m. s. v.) Ancona (cf. Diod. XV 13) ibi conditis eius sinus imperium arripere instituit. Res vero a Dionysio strenue gestas uberrime enarraverat Theopompus (l. XXXIX), ex cuius amplissima descriptione quamquam perpauca tantum servata sunt eaque tenuia fragmenta, tamen accuratam geographicorum memoriam ad posteros propagavit Scymnus Chius, quem totum ex Theopompo pendere cum ipsius verba indicant (v. 369 sq.)

Εἶτ' ἔστιν Ἀδριανὴ θάλαττα λεγομένη.
Θεόπομπος ἀναγράφει δὲ ταύτης τὴν θέσιν

tum comparatae, quas aliunde accepimus, Theopompi reliquiae.[1]) Ut igitur appareat, undenam Scylax sua hauserit, componamus quae de Adriatico tradit mari cum Scymni periegesi.

At priusquam singula inspiciamus pauca praefabor. Contulit Mueller[2]) multa, quae a peripli auctore non scripta, sed a librariis vel ludimagistris ad marginem notata a posterioribus scribis in ordinem verborum recepta esse censuit. Insunt in eo quem composuit indice non pauca deprompta ex eis paragraphis, quibuscum iam mihi res est. Ita enim loquitur sagacissimus geographorum Graecorum editor: 'Haud minus inepte § 26 p. 33 in Illyricae orae descriptione abrupte et insulsis verbis interponuntur quae ad Thesprotiam pertinent: *ἐν τῇ Κέστριδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον, ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν.*' Non debebat omittere id quod antecedit enuntiatum, quo perspicitur, qui factum sit, ut fabula illa de Geryoneo huic

1) Cf. Strab. VII 317; fr. 140 = Sc. Ch. v. 369; cf. Mueller ad h. l.
2) *Prol.* p. XLI sq.

assueretur paragrapho: Ἄμασιν[1]) ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ Ἀτιντᾶνες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Κεστρίας[2]) μέχρι Δωδωνίας. Concedo Muellero, hanc fabulam minime pertinere ad Taulantios, sed vel ad Thesprotos vel ad Chaonios; utrique enim terrae Κεστρία assignatur: Thucydidi (I 36) fuit pars Chaoniae; nam Θύαμις fluvius seiungit Thesprotiam a Cestrine (cf. Steph. Byz. s. v. Τροία. Schol. Arist. p. 924); Thesprotiae autem vindicatur a Stephano Byzantio s. v. Καμμανία, ubi haec: Καμμανία, μοῖρα Θεσπρωτίας. Attamen nego recte Muellerum totam pro glossemate habuisse narrationem: nos nunc quidem iudicium ita cohibemus, ut nil inde cogamus, nisi alius haec esse originis atque quae sequuntur §§ 28 et 30 de Chaonia et Thesprotia, praeterquam quod id sine ullo errandi periculo licet addamus aliena esse omnia a nudo sterilique periplo. Ultra prodire artis fines vetant. Reperiuntur vero alia quoque eiusdem generis in Adriatici maris periegesi: huc pertinent quae § 21 leguntur de Liburnorum moribus (cf. Nic. Dam. fr. 111 M) nec minus quae § 24 narrantur de Cadmi Harmoniaeque apud Manios cultu (cf. Athen. XI 462. Dion. P. v. 391. Strabo VII 326 C). Vides igitur, quantopere suetam ariditatem derelinquat auctor! Talibus autem fabellis in Theopompi opere locum fuisse non nescitur; immo prolixos intexuerat ille quidem saepissime de barbarorum vita et consuetudine excursus (cf. fr. 41 M. fr. 143 M). His autem vis quaedam accedit non mediocris ex alia observatione quae alium adhibitum esse fontem nobis persuadeat: nimirum inde a § 14 unaquaeque gens adnectitur ei quae antecedit hisce verbis: Μετὰ δὲ τὴν Λευκανίαν Ἰάπυγές εἰσιν ἔθνος· μετὰ δὲ Ἰάπυγας Δαυνῖται ἔθνος ἐστίν· μετὰ δὲ Δαυνίτας ἔθνος ἐστὶν Ὀμβρικοί e. q. s. Quod servatur usque ad § 22; inde ratio initur toto coelo diversa: invicem vel ab uno flumine ad alterum procedit auctor vel singulas in quas Illyrica stirps late patens distincta erat gentes abrupte enumerat vel alia quavis utitur formula; minime enim in his sibi ipse constitit; neutiquam vero usurpatur praepositio μετὰ usque ad § 28. Accedit tertia res maxime singularis: reputandum enim illud nonnunquam quaenam sit orae longitudo non definiri navigationis diebus et noctibus, sed indicari quantum itineris pedestris intercedat inter duos locos, veluti § 26 Epidamno ex urbe Apolloniam duorum dierum iter esse affirmatur; utrumque coniungitur § 25 ubi haec: Ἐκ Βουθόης δὲ εἰς Ἐπίδαμνον, πόλιν Ἑλληνίδα, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός, ὁδὸς δὲ τριῶν ἡμερῶν. Quae ratio propria huius orae tractus manifestum indicium est quo ad Theopompum delegemur: etenim Θεόπομπος τὸν πάντα ἀπὸ τοῦ

---

1) Cf. Bursian *mus. rhen.* XXI p. 216 adn. 1.

2) Καρίας liber ms. perperam; scribi voluit Vossius Χαονίας, Clausenus Δεξαρίας (cf. Hec. fr. 73); defendit iniuria Mueller ad Ptol. III 12, 4; equidem conferri iubeo Stephanum Byzantinum qui s. v. Τροία ait: ἔστι καὶ πόλις ἐν Κεστρίᾳ τῆς Χαονίας.

μυχοῦ πλοῦν ἡμερῶν[1]) ἓξ εἴρηκε, πεζῇ δὲ τὸ μῆκος τῆς Ἰλλυρίδος καὶ τριάκοντα (cf. Strab. VII 307. Chr. Strab. VII 38 (g. gr. m. II p. 573) fr. 140 M). Quod autem non plane habemus si summam comprehendimus Scylacis mensurarum duodecim dies, id cum ei crimini vertendum est qui retractandi munus suscepit — nam saepius minores distantiae negligenter opprimuntur — tum librariis; eorum enim culpa in scopuloso versamur et difficili loco, quo nil corruptius in corruptissimo nostro libello.[2]) At quamvis iniquae sint res, proxime tamen accedimus ad Theopompi illum numerum: subducitur enim summa $10^1/_2$ dierum, in quibus sunt qui longi vocantur (§ 22). Sed conferamus tandem aliquando singula cum Scymni periegesi ceterisque Theopompi reliquiis:

§ 20: *Μετὰ δὲ Ἐνέτους εἰσὶν Ἴστροι ἔθνος καὶ ποταμὸς Ἴστρος. Οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει † ἐνδιεσκευνῶς*[3]) *εἰς Αἴγυπτον.*

Strabo VII 317 C (fr. 140 M): *Καὶ ἄλλα δὲ οὐ πιστὰ λέγει* (sc. *Θεόπομπος*) . . . *καὶ τὸ τὸν Ἴστρον ἑνὶ τῶν στομάτων εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐμβάλλειν* (cf. Ukert III 1 p. 146. Mannert IX 46; Berger l. l. I p. 20).

§ 21: *Μετὰ δὲ Ἴστρους Λιβυρνοί εἰσιν ἔθνος. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει πόλεις εἰσὶ παρὰ θάλατταν αἵδε.*[4]) . . . . *Κατὰ ταύτην τὴν χώραν αἵδε νῆσοί εἰσιν ὧν ἔχω εἰπεῖν τὰ ὀνόματα· Εἴστρις*[5]) *νῆσος* ⟨*μῆκος* M⟩ *σταδίων τι*', *πλάτος δὲ ρκ*'. *Ἠλεκτρίδες. Μεντορίδες.*

Ex Scymni periplo, tametsi lacunosus est et mire turbatus, tamen id videmus (cf. v. 387) Theopompum permulta in his terris novisse oppida. Eistris insula erat e numero Liburnicarum (cf. Sc. Ch. 374); ea vero ipsa res quod accuratissime quanta sit eius longitudo quantaque latitudo significatur Theopompum excerptum esse arguit qui, cum usque ad Strabonis aetatem parum accurata de intimo sinus angulo comperta essent, solus bene doctum se praebuit (quamquam ideo eius notae Straboni suspecta erant): *Καὶ ἄλλα οὐ πιστὰ λέγει· καὶ τῶν νήσων τῶν Λιβυρνίδων τιθεὶς* [*τοσοῦτον εἶναι τὸ μέγεθος* Grossk.] *ὥστε κύκλον ἔχειν καὶ*

1) Hic quoque vel addendum vel subintellegendum ⟨*καὶ νυκτῶν*⟩ per se elucet.

2) Cf. Bentley, *on Phalarid. letters* p. 377.

3) Qui sensus sit in aprico est; cf. Herod. II 34. Niceph. Greg. VIII 7. XIX 1 (I 323, 7. II 933, 11); genuinam vero lectionem nemodum repperit (cf. Hansen *progr. Sondershus.* 1879 p. 1).

4) Quorum nomina foede corrupta; iterum de eis egit Mueller ad Ptol. II 16, 2 p. 304 sq.; at cum alioquin perpauca de his regionibus acceperimus omnis corrigendi conatus inanis.

5) Noli Muelleri coniecturam probare; cf. Mela II 114.

§ 22: *Μετὰ δὲ Λιβυρνούς εἰσιν Ἰλλυριοὶ ἔθνος .... καὶ πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς ἐνταῦθα ᾗ ὄνομα Ἡράκλεια καὶ λιμήν.*[1]) *Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Λωτοφάγοι καλούμενοι βάρβαροι οἵδε· Ἱεραστάμναι, Βουλινοί· Βουλινῶν ὁμοτέρμονες Ὕλλοι. Οὗτοι δέ φασιν Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους αὐτοὺς κατοικίσαι· εἰσὶ δὲ βάρβαροι. Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παραστόνιον*[2]) *ὀρθόν* e. q. s.

§ 23: . . . *ἐνταῦθα γάρ ἐστι νέος Φάρος, νῆσος Ἑλληνίς, καὶ Ἴσσα νῆσος καὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται . . καὶ νῆσος τῆς παραλίας χώρας ἐγγύς, ᾗ ὄνομα Μελίτη καὶ . . . Κέρκυρα ἡ μέλαινα.*

πεντακοσίων (maluerim pro φ scribas ψ) *σταδίων*. Electrides et Mentorides commemorantur a Scymno (v. 374. 394).

Scymn. Ch. v. 404 sqq.:
Τούτοις (sc. *Λιβυρνοῖς*) *συνάπτον δ' ἐστὶ Βουλινῶν ἔθνος·*
ἑξῆς δὲ μεγάλη χερρόνησος Ὑλλική
πρὸς τὴν Πελοπόννησόν τι ἐξισουμένη.
πόλεις δ' ἐν αὐτῇ φασι πέντε καὶ δέκα
Ὕλλους κατοικεῖν, ὄντας Ἕλληνας γένει·
τὸν Ἡρακλέους γὰρ Ὕλλον οἰκιστὴν λαβεῖν.

Scymn. v. 413:
Νῆσος κατ' αὐτούς ἐστιν Ἴσσα λεγομένη
Συρακοσίων ἔχουσα τὴν ἀποικίαν.
v. 426:
Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη
νῆσος Παρίων κτίσις ἐστὶν ἥ τε λεγομένη
Μέλαινα Κόρκυρ', ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν.

In sequentibus dolendum est, quod perpaucis rem peragere incipit Scymnus; si eam Theopompei operis integram haberemus partem qua sinum Adriaticum tractaverat, certe plura cum Scylace videremus congruere: nunc pauca tantum praesto sunt, quae huius notis saepius foedissime turbatis[3]) respondeant. Commemoraverat Theopompus templum ab Encheleis Cadmo extructum et Hermionae, sicuti elucet ex Scymni versibus 437 sq.; quae sequuntur: *Οἷς πλησιόχωρός ἐστιν Ἀπολλωνία | Κορκυραίων τε καὶ Κορινθίων κτίσις | Ἑλληνὶς Ὠρικός τε παράλιος πόλις* leguntur apud Scylacem § 26: prope Oricum uterque Atintanes habitantes facit.[4]) Sed satis

1) Hanc urbem, de qua aliunde non constat, minime ficticiam esse (cf. Mueller p. 28) qui in hac terra inveniebantur nummi ostendunt (cf. Head l. l. p. 268).
2) Legi volo *παρατείνει ἡ ἠϊὼν ἐπ'* cf. Strabo VIII 6, 22, 380 C: *ἐντεῦθεν δὲ παρατείνουσα ἡ ἠϊών.*
3) Ex Arione nescio an restituendus sit *Ἄρβων* cf. Polyb. II 11, 15.
4) Cf. Ps.-Arist., *π. θ. ἀκουσμ.* 127; Schrader *Fleckeis. ann.* 97 (1868) p. 227 sq. Muellenhoff l. l. I 428.

dictum de Illyria. Non dubium erit, opinor, quin uberrima haec descriptio maximam partem fluxerit ex Theopompo. Veteris vero peripli, cui assuta est, vestigia aperte perlucent: nimirum ille quidem certe nil praebuerat nisi haec: (§ 21) *Μετὰ δὲ Ἴστρους Λιβυρνοί εἰσιν ἔθνος* et (§ 22) *Μετὰ δὲ Λιβυρνούς εἰσιν Ἰλλυριοὶ ἔθνος καὶ παροικοῦσιν οἱ Ἰλλυριοὶ παρὰ θάλατταν μέχρι Χαονίας τῆς κατὰ Κέρκυραν τὴν Ἀλκινόου νῆσον. Καὶ πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς ἐνταῦθα, ᾗ ὄνομα Ἡράκλεια καὶ λιμήν.* Iam subsequebantur, quae nunc quidem leguntur § 28: quae intermedia sunt, omnia inserta sunt ab retractatore idque ita, ut ineptissime multa perturbarit inter se (cf. Mueller p. 29 sqq.) et ea quoque huc transtulerit, quae revera proximis paragraphis adnecti debebant.

Atque haec quidem hactenus! Si vero quae exposui recte disputata sunt, unum maxime habent consectarium: nimirum non iam licebit omnibus quae in Scylacis periegesi leguntur uti quasi certis quarti a. Chr. n. saeculi testimoniis; immo hanc ei gravissimam dico legem qui niti vult eius notis, ut quaerat sintne ex vetere periplo haustae an postea demum alio quodam ex fonte annexae: quod ut faciliore fieri possit negotio altero quaestionum geographicarum fasciculo qui brevissimo exercebit prela Teubneriana denuo tractaturus sum omnem qui eius nomine fertur periplum.

De vocis *κατασκευή* apud Dionysium Halicarnassensem ceterosque rhetores usu

Scripsit

Carolus Brandstaetter

Lipsiensis

Vocem *κατασκευήν* quoniam a rhetoribus Dionysio antiquioribus rarissime, a Dionysio ipso et creberrime et admodum varie adhibitam invenimus, ab eius potissimum copiis profectos huius termini vim et usum apte nos illustrare putavimus, ad quem recte intellegendum non sufficit Ernestii lexicon techn. Graec. rhet.

Primaria vocis *κατασκευή* vis est apparatio, apparatus, qui quidem potest spectare aut ad *λεκτικήν* aut ad *πραγματικήν* orationis partem. Primo igitur loco *κατασκευή* vocatur quodcumque studium pertinet ad verba eligenda et componenda, velut legimus Dion. Hal. p. 559, 13 R: *Φιλόνικος τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν Ἰσοκράτους μέμφεται τῆς καινότητος ταύτης*; cuius naturae hi sunt loci: p. 882, 4.[1]) 958, 5. 996, 6. 1030, 15. Neque aliter intellegenda *κατασκευὴ λόγου* p. 468, 4. 999, 4; *κ. κώλων* p. 1092, 14; *κ. συλλαβῶν* (ordo et constructio) de comp. verb. p. 188 Sch.; *κ. γραμμάτων* ibid. p. 198, 11 et 210, 2. Iam vero saepius genetivo omisso nudum substantivum *κ.* significat elocutionis apparationem, videlicet p. 1024, 15: *ἄνθρωποι ἡμιτελεῖς περὶ λόγους, οἳ τὴν εὐγενῆ κατασκευὴν οὐκ ἴσασιν ἥτις ποτ' ἐστίν*, nec non p. 539, 9. 1061, 1. 1110, 7. 1105, 5. Fit igitur, ut *κατασκευή* idem valeat atque dicendi genus: p. 541, 16 *μέγα τὸ τῆς Ἰσοκράτους κατασκευῆς ὕψος*, p. 968, 12 *Πλάτων τῆς Γοργίου καὶ Θουκυδίδου κατασκευῆς ἐρασθείς*, p. 501, 16. 597, 11. 643, 8. 1125, 1. ep. ad Pomp. 3, 18 (= *φράσις* ibid. 3, 19).

Ex hac primaria notione orta est ea, qua non quivis apparatus notatur, sed is tantum, qui fit ornandae orationis et a communi sermone distinguendae causa, ut iure vertamus: 'apparatus artificiosus, ornatus orationis, ornamentum'.[2])

---

1) Hoc loco v. 6 scribendum puto *φιλολόγων* coll. p. 468, 8. 814, 10. 871, 6.

2) Etiam Romani vocem 'apparatio, apparatus' hac vi usurpant, cf. rhet. ad Her. I 8, 12. Cic. de inv. I 18, 25. Brut. 76, 263. de or.

Diserte enim Dionysius p. 1030, 14 dicit περὶ τὸ ἀναγκαῖον et περὶ τὸ περιττὸν esse τὴν τῆς λέξεως κατασκευήν. Itaque p. 982, 6[1]) vox κατασκευή exstat pro iis, quae v. 3 vocantur τὸ ἐξαλλάττειν ἐκ τοῦ συνήθους καὶ μὴ τὸ κοινόν, ἀλλὰ τὸ περιττὸν διώκειν, et p. 967, 12 αἱ κατασκευαί idem sibi volunt, quod paulo post τὸ μέγα καὶ περιττὸν ἐν τῇ φράσει. Eiusdem generis hi sunt loci: p. 458, 4. 557, 7. 584, 5. 950, 18 ~ 12. 1041, 15. 1126, 14. 640, 4 ~ de imit. epit. V 6. Haud raro substantivo κατασκτευή ita usurpato adiungitur adiectivum ποιητική: p. 456, 5 Λυσίας τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς[2]), p. 625, 10; ep. ad Pomp. II 13; paulo aliter de comp. verb. c. I p. 16 Sch: τί ἐστι τὸ κράτος ποιητικῆς κατασκευῆς τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον, ubi ποιητικὴ κ. orationem numeris vinctam significat. Aliis locis legitur τροπικὴ κατασκευή, i. e. ornatus orationis a tropis petitus, velut p. 556, 6: ἡ δὲ Ἰσοκράτους λέξις, προσλαβοῦσά τι τῆς τροπικῆς κατασκευῆς, μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι προῆλθε, p. 1007, 4: ἄτολμός ἐστιν Ἰσοκράτης περὶ τὰς τροπικὰς κατασκευάς, i. e. ornamenta, quae tropis efficiuntur. Ἐπίθετος κατασκευὴ legitur p. 965, 10: ἡ ἰσχνὴ Πλάτωνος λέξις τήν τε κοινότητα διώκει τῶν ὀνομάτων καὶ τὴν σαφήνειαν, πάσης ὑπεριδοῦσα κατασκευῆς ἐπιθέτου, scil. ornatus superadditi, non necessarii; saepius vero plurali numero haec locutio occurrit: p. 1025, 8 τῆς δὲ ἀπειροκαλίας αὐτὸν οὐδεπώποτε ἐζήλωσα τῆς ἐν ταῖς ἐπιθέτοις κατασκευαῖς[3]), nec non p. 959, 8. 993, 13. Quae ornamenta insuper addita quot sint Dionysio et qualia ne ignores, en nomina: ὕψος, καλλιρρημοσύνη, σεμνολογία, μεγαλοπρέπεια, τόνος, βάρος, πάθος, ἐρρωμένον καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα (p. 865, 10); καλλιλογία, σεμνότης (p. 993, 13); ἐξαλλαγή, περιττολογία (p. 995, 9); τὸ ἀξίωμα, ἡδύ, εὔμορφον (p. 1006, 7); in ordinem quendam redacta haec ornamenta invenies in ep. ad Pomp. c. III 17 sqq.

Interdum κατασκευὴ λέξεως non ea artificiosa apparatio est, quae fit ornandae orationis gratia, sed quae comprehendat artificia dicendi ad fallendum et captandum auditorem adhibita; dico p. 590, 4 ὅσον δὲ ἀπολείπεται ἡ Ἰσαίου λέξις τῆς

I 53, 229. Fortasse Cicero hanc vocem vertit cum dicit or. XXIV 80: 'supellex, quae est in ornamentis'. Apud Diogenem Laertium haec exstant (VII 59): κατασκευὴ δέ ἐστι λέξις ἐκπεφευγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν.

1) Inepte Wolfius vertit hoc loco apud Reisk.: 'hic quidem aperte compositione usus est'.

2) ποιητικὸς λόγος est ὁ τροπικῇ καὶ μεταφορικῇ καὶ διθυραμβικῇ συνθήκῃ συντεθειμένος secundum Dion. de imit. l. I frgm. VII Us; hunc usum praebet Philodemus vol. rhet. p. 167, 18 Sudh.: ἐν τῷ λέγειν ἢ γράφειν τὰ ἐνδεόμενα κατασκευῆς ποιητικῆς, et Menander apud Speng. rh. Gr. III 343, 31.

3) Eaedem vocantur ἐπίθετοι ἀρεταὶ p. 863, 2. 944, 1. 951, 3 sqq; περιτταὶ ἀρεταὶ p. 864, 2. 1030, 14. 1031, 2. 1057, 1; ἐπίθετοι κόσμοι p. 541, 9. 864, 2. 955, 12. 995, 9. 1006, 7. 1030, 1.

χάριτος ἐκείνης (τῆς τοῦ Λυσίου), τοσοῦτον ὑπερέχει τῇ δεινότητι τῆς κατασκευῆς, quod ex parte adumbratur p. 616, 4: ἐν ταῖς Ἰσαίου διηγήμασιν ἐκ κατασκευῆς πάντα καὶ μεμηχανευμένα πρὸς ἀπάτην ἢ ἄλλην τινὰ κακουργίαν, i. e. ad fallendum omnia arte sunt praeparata; cf. praeterea p. 596, 8 et 604, 11 sq. Similiter ἡ πολύπλοκος τῶν ἐνθυμημάτων κατασκευή vocatur Thucydidis tortuosa illa et implicata sententias eloquendi ratio.

Quae cum dicimus, tacito pede delabimur ad vocis κατασκευῆς usum, qui est de pragmatica orationis parte. Atque est quidem κατασκευή universa rerum apparatio, quae fit persuadendi causa, velut p. 592, 12 legimus: οἱ Λυσίου λόγοι οὐδὲν ἐπιφαίνουσιν ἐπὶ τῆς κατασκευῆς κακοῦργον, ἀλλ' εἰσὶν ἐλεύθεροί τινες καὶ ἀφελεῖς, et p. 501, 3: δύναται δὲ αὐτοῖς εὔνοιαν τοῦτο ποιεῖν καὶ ἔστι κράτιστον τῆς κατασκευῆς μέρος. Hoc enim, quem posteriorem attulimus, loco non verterim cum Wolfio (apud Reiskium): confirmationem et probationem, neque putaverim cum Ernestio significari 'confirmationem et eam orationis dispositionem, qua argumentis et probationibus pugnatur'[1]); sermo enim est de prooemio, quod ut nullo pacto pars est confirmationis, ita ad totam rerum callidam apparationem, i. e. κατασκευήν, magni est momenti. Omnino autem sciendum est vocem κατασκευήν Dionysio nusquam significare probationem vel confirmationem, unde apparet errasse Iacobitzium in lex. Gr. s. v. Atque iure mihi videor etiam hoc argumento usus esse in appendice dissertationis de notionum πολιτικός et σοφιστής usu rhetorico conscriptae (stud. Lips. vol. XV p. 265), ut abiudicarem Dionysio artis vulgo ei tributae capita VIII—XI. Ac ne apud Aristotelem quidem, quocum plerumque in technologia Dionysius consentit, quamvis saepe verbum κατασκευάζειν ei valeat probare, confirmare (rhet. p. 1397ᵃ 9. 1401ᵇ 3. top. p. 102ᵃ 15. 109ᵇ 26 et al.), hac vi praeditam vocem κατασκευήν usquam inveni. Non aliter res se habet apud Isocratem, auctorem rhetoricae ad Alexandrum missae, et, quantum ex fragmentis cognoscimus, Philodemum, cui quidem κατασκευάζειν est 'probare' p. 41, 28. 95, 10. 263, 16 ed. Sudh. De Ciceronis loco, qui est ep. ad Att. I 14, 4, certum iudicium facere non audeo: possunt enim, quae vocantur, κατασκευαί non minus esse exornationes artificiosae, quam confirmationes (cf. e. g. ad Herenn. I 8, 12).

Iam exhausta est Dionysianorum exemplorum copia, simulque omnes, quas Halicarnassensis praebet, vocis κατασκευῆς significationes percensuisse me puto. Apud posteriores autem rhetores augmenta

---

1) Cui assentitur Augustus Greilich in dissertationis, quae inscribitur 'Dionysius Halicarnassensis quibus potissimum vocabulis ex artibus metaphorice ductis in scriptis rhetoricis usus sit', p. 11, ubi comportantur potius huius vocis a Dionysio adhibitae exempla, quam — quod solum usui est — accurate distinguuntur atque explanantur.

fecit nonnulla huius termini usus, quae quantum opus videtur, paucis persequar.

Apud eos igitur quaecumque utilia sunt ad hanc dolosam rerum apparationem, *κατασκευαί* vocantur, velut Herodianus (Speng. III 94, 13 et 103, 4) hoc nomine appellat *προοικονομίαν, προαναφώνησιν, παραβολήν, ὁμοίωσιν, ἀνταπόδοσιν, παράδειγμα, εἰκόνα*, et Apsines (Speng. I^2 2, 242, 14) *τὴν προκατάστασιν* interpretatur *κατασκευὴν τῶν ἀποδείξεων*. Quia vero ipsa rerum probatio non est nisi instructio quaedam testimoniis et argumentis facta, vel ipsa haec rerum probatio vel confirmatio appellatur *κατασκευή*. Legimus igitur *κατασκευὰς τῶν πίστεων* (Sp. I^2 2, 385, 11, opp. *λύσις*), *κ. τῶν κεφαλαίων* (Sp. II 206, 7 sqq. I^2 2, 291, 7. 387, 2), *κ. τοῦ ἔθους* (Sp. I^2 2, 293, 13), *κ. τοῦ ὅτι μὴ ἦν ἄξιος* et sim. (Sp. I^2 2, 300, 21. 264, 5. 287, 3), *τὰς εἰς τὸ πρᾶγμα κατασκευάς* (Sp. I^2 2, 360, 13 = *ἀγωνιστικὴ ἐπιχείρησις* v. 17), *κ. τῶν προτάσεων* (Sp. II 320, 4), *τὸ συμπεραινόμενον ἐκ τῶν προτάσεων καὶ κατασκευῶν* et *αἱ πρῶται κατασκευαί* (Sp. I^2 2, 343, 9. 17. 18 = argumenta, ex quibus conclusiones fiunt). Neque vero raro genetivus obiecti omittitur, velut Sp. III 137, 20 *ἡ κατασκευὴ ἤτοι ἡ αἰτία*, Sp. I^2 2, 250, 1 *τὸ δὲ διηγήσεων γένος μετὰ διανοιῶν ἐξεταζομένων καὶ κατασκευῶν προστιθεμένων* (argumentis additis), Sp. I^2 2, 209, 11 *δύο τὰ καθόλου μέρη τῆς κατασκευῆς, ἐνθύμημα καὶ παράδειγμα.* A Longino (Sp. I^2 2, 187, 6) *ἡ πραγματικὴ κατασκευὴ* disiungitur ab ea, quae vocatur *ἠθικὴ πιθανότης*. Fit igitur, ut tota ea orationis pars, qua argumenta continentur, *κατασκευή* appelletur, velut in exerptis ex Longino factis (Sp. I^2 2, 215, 22) legimus: *ὅτι αἱ γνωμολογίαι ἄρισται ἐπὶ τῇ κατασκευῇ*, neque aliter intellegenda quae apud Hermogenem exstant Sp. II 203, 16. Eundem in modum id progymnasma, quo docetur *προτεθέντος πράγματος βεβαίωσις*, vocatur *κατασκευή* (opp. *ἀνασκευή*), qua de re v. Hermogenem (Sp. II 8, 31), Aphthonium (Sp. II 30, 14), Theonem (Sp. II 66, 31), Quintilianum (inst. II 4, 18).

Zu Theophrasts Charakteren

Von

Paul Sakolowski
in Leipzig

Dafs die Worte des 19. Kap.: *καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς εἰσελθούσης* (so ist für *ἐξελθούσης* zu schreiben.) bis zum Schlufs nicht in den Charakter des *δυσχερής* passen, sondern besser dem *βδελυρός* gehören, hat Ribbeck (Rhein. Mus. XXV 139) sehr wahrscheinlich gemacht. Die Stelle, wo sie sich im 11. Kap. am besten einreihen, ist wohl nach den Worten: . . *ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν*. So erklärt sich leicht die fehlerhafte Umstellung in das 19. Kap., denn in beiden Abschnitten geht voraus eine Schilderung des Benehmens auf der *ἀγορά*. Dennoch möchte ich nicht alles aus den betreffenden Schlufsworten in das 11. Kap. übertragen; so erscheint mir der Zug: *καὶ αὐλούμενος δὲ κροτεῖν ταῖς χερσὶν μόνος τῶν ἄλλων* als eine des Theophrast unwürdige, müfsige Wiederholung der Worte des 11. Kap.: *καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται*; wir werden kaum annehmen dürfen, dafs Theophrast diesen Charakterzug zweimal mit fast denselben Worten angeführt habe.

Von den letzten Sätzen des 11. Kap. scheinen mir nur einige wenige noch der Definition des *βδελυρός* zu entsprechen; vorerst: *καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων* (so ist wohl mit Schneider nach *S* statt *παρόντων* zu lesen) *ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐστί* gehört besser in die Charakteristik des *ἄρεσκος*, des Aufdringlichen, oder des *ἀηδής*, dessen Charakter definiert wird (Kap. 20) als *ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης*; dem Anfang dieses Kapitels werden wir den Zug mit gutem Recht zuteilen können, zumal dasselbe durch die notwendige Umstellung der ersten Sätze in das 12. und 5. Kap. (Ribbeck a. O.) sehr verkürzt ist. Der im 11. Kap. folgende Satz: *καὶ σπεύδοντας δέ που ὁρῶν* (so die beiden Parisini, wie ich der gütigen Mitteilung des Herrn Geheimrat Ribbeck verdanke) ist unvollständig überliefert; was einige libri deteriores zusetzen: *περιμεῖναι κελεῦσαι*, ergiebt nur eine Charaktereigentümlichkeit, die wir im 12. Kap. (*οἷος ἀσχολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι*) und in

der *ἀηδία* wiederholt sehen (*καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν*); die Worte gehören nur in die Charakteristik des *ἄκαιρος* und sind infolgedessen aus dem Abschnitt über den *βδελυρός* zu streichen. Ein echtes Meisterstückchen des *βδελυρός* wird dagegen in den Worten geschildert: *καὶ ἡττωμένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν καὶ συνησθῆναι*; dies ist wieder die *παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος*, ein Fehler liegt nur in dem *ἡττωμένῳ*, denn der Sinn verlangt das Perfektum *ἡττημένῳ*, was Schneider verbessert hat. Der nun sich anschliefsende Satz ist sowohl an sich selbst als auch innerhalb des Abschnitts der *βδελυρία* unhaltbar. Mit Recht werden wir uns an den beiden auseinandergerissenen Satzteilen: *καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτῷ* und *καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα* stofsen; das dazwischen eingeschobene *καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι* steht — wenn es überhaupt Theophrastischen Ursprungs ist — sicher an falscher Stelle; es gehört entweder vor die Worte: *καὶ συντερετίζειν καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι, ὅτι οὐ τάχυ παύσαιτο*, oder — gar nicht in unser Büchlein. Denn das Mieten von Flötenspielerinnen gehörte zu jedem gröfseren Diner in Athen, und so ist es kein hervorragender Charakterzug, geschweige denn ein Charakterzug des *βδελυρός*. Aber auch nach Entfernung dieser Interpolation bleibt der Satz im Zusammenhange des 11. Kap. unverständlich. Der erste Teil: das *ὀψωνεῖν ἑαυτῷ*, das Einkaufen ohne Sklaven, erinnert an den *ἀνελεύθερος* oder *μικρολόγος* (vergleiche Kap. 22: *καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν*), der zweite, das *δεικνύειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα* pafst zum Bilde des *ἀηδής*, der bei seinem Bestreben, die Leute zu ärgern, gern ein bifschen renommiert (man denke an den Schlufs des 20. Kap.), oder des *ἀναίσθητος*, der in kindischer Freude über das eben Gekaufte mit blödem Lächeln an die Leute herangeht und sie einlädt. Eine Entscheidung wage ich nicht zu fällen; soviel ist sicher, dafs zur Definition des *βδελυρός* der Charakterzug des *ὀψωνεῖν* u. s. w. nicht gehört. Der Schlufssatz des 11. Kap. kennzeichnet hingegen wieder den Rüpel vortrefflich.

Nachdem wir nun festgestellt haben, welche Charakterzüge dem Artikel über die *βδελυρία* angehören, noch einige Worte über die Disposition. Vorausgeschickt ist ein so drastischer, hervorstechender Streich, dafs der Leser hinlänglich unterrichtet ist, mit was für einem Kerlchen er es zu thun hat. Dann unterscheiden wir deutlich Scenen aus dem öffentlichen und privaten Leben. Zu den ersteren gehört das auffällige Benehmen im Theater; danach möchte ich einreihen das Intermezzo mit dem niedergeschlagen vom Gerichtshof kommenden Verklagten. Das Verhalten auf dem Markte und bei den heiligen Opferhandlungen bildet schliefslich die Überleitung zu dem Benehmen bei Tische und in der Barbierstube.

Coniectanea ad Isocratis orationes

Scripsit

Engelbertus Drerup

Lipsiensis

Cum liber hic lucem viderit, fortasse iam dissertationem 'de codicum Isocrateorum auctoritate' publici iuris fecero, qua codices Isocrateos, qui aetatem tulerunt, ad unum archetypum eumque corruptum redire demonstravisse mihi videor. Quare et vulgatos codices minime spernendos et coniecturis ad Isocratis textum sanandum opus esse persuasum mihi est: atque idcirco ad nonnullos locos, quos depravatos esse cognovi, emendandos animum intendi.

Atque primum in *or. III § 3* codicis Vaticani *Λ* lectio, quae est: *διὰ τοὺς ἐξαπατῶντας* praeferenda mihi videtur ei, quam Urbinas codex exhibet: *διὰ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας*, quam quidem Corais primus in textum recepit; nam et hoc verbum et subsequens, quod est *τοὺς ψευδομένους* non nisi ad *τοὺς λόγους* referri possunt, cum facinora (attende verba *περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτανόντων*) respiciantur proximis verbis: *φανήσονται γάρ τινες καὶ . . . ἐξαμαρτάνοντες*, quo chiasmus quidam membrorum oppositorum efficitur. Praeterea verbum quod est *ἐξαμαρτάνοντας* et in antecedentibus et in subsequentibus legitur, unde facillime sumi potuerit. Quare Dobraeum (in 'adversariis' ed. Scholefield pars I p. 264) sequor, qui verbum illud *ἐξαπατῶντας* bene restituit, cum tamen verba subsequentia *καὶ τοὺς ψευδομένους* cur interpolata censeat non intellegam.

In *or. XII § 92* de pugna notissima apud Plataeas commissa agitur. Sed cum in antecedentibus de solis Lacedaemoniis, qua iniuria Argivos et Messenios affecerint, res fuerit, hic rebus deinceps memoratis (*οὐ πολὺν χρόνον διαλιπόντες . . Λακεδαιμόνιοι*) Athenienses Lacedaemoniis opponuntur. Quadecausa prima pluralis formae persona: *ἠλευθερώσαμεν* iusto iure posita est, quacum participium *στρατοπεδευσάμενοι* coniungendum est, quod ad Lacedaemonios vel ad Plataeenses respicere nequeat (cf. XIV 57.) Apparet igitur, verba quae sunt *ἡμῶν καὶ* ab interpolatore ex subsequentibus *τοὺς μεθ' ἡμῶν ὄντας* interposita esse, qui participium quod legitur *στρατοπεδευσάμενοι* ad Lacedaemonios rettulerit. Corais autem

pro *μεθ' ἡμῶν* substituit *μετ' αὐτῶν* (*τουτέστι μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων*), quod necessario ad Plataeenses (*ὧν*) revocandum nullo modo ferri potest.

Eiusdem orationis § 123 corruptam esse censeo, quia membrum verbis quae leguntur *οὐ μόνον οὐδὲν τοιοῦτον γεγενημένον* oppositum desideratur; nam quodsi Corais toto enuntiato, quod est *τοῦτο μὲν γὰρ* usque ad *μὴ πονηροὺς ὄντας αὐτοὺς* ut parenthesi uncis incluso verba illa *ἀλλ' ὡς ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς* etc. ad prius *οὐ μόνον* revocavit, ea non nisi cum antecedentibus *μὴ τοῦτο μόνον ἐπιδεικνύναι* coniungi posse proximum enuntiatum, quod scriptum est (*ἅπερ ἔχοι τις ἂν καὶ περὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων εἰπεῖν*) luce clarius demonstrat. Itaque post *τοιοῦτον γεγενημένον*, quod nunc legitur, in archetypo propter homoeoteleuton verba fere *ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον* excidisse opinor.

In *or. XIII § 1* proxime a verbis *περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων* legitur *περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων*, quod ab Isocratis scriptura alienum videtur esse. Ideo scribendum propono *περὶ τὰς ἔριδας ὄντων*, quod exemplis firmare longum est; sed cf. XV 41.

In *eiusdem orationis § 17* haec tria discernuntur, quibus discipulo opus sit: indoles (*τὴν φύσιν ἔχειν, οἵαν χρή*), eruditio (*τὰ εἴδη τὰ τῶν λόγων μαθεῖν*), exercitatio (*περὶ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι*). Eadem paragrapho *14* comprehenduntur, siquidem indoles cum exercitatione coniungenda docetur, quibus institutionem accedere oporteat, ut homini tum eloquentiae tum ceterarum rerum omnium facultates comparentur Sed codicum lectio hac ratione explicari nequit, cum particula *καὶ* post *ἐγγίγνονται* indita indoles opponatur exercitationi, quare voculam *καὶ* dittographia haud dubie ortam deleo.

Agmen claudat locus orationis *XVIII § 43*, ubi in altera interrogatione post *εἰ δὲ μὴ* addita (*τίνα δὲ γνώμην ἕξειν κτλ.*) ex antecedente supplendum sit *οἴεσθε*, cum tertia interrogatio ad verbum quod sequitur *χρὴ* pertineat. Quo concinnitas quam dicunt membrorum turbatur, quam reparo solo verbulo *δεῖ* post *τίνα δὲ* reposito.

Ad papyros titulosque Graecos symbolae

I

Dielsius cum nuper papyrum illam Londinensem, quae Anonymi ex **Iatricis Menoniis** aliisque medicis Graecis continet eclogas, Kenyone adiutore primum ederet, verborum contextui plus minusve integro nonnulla adiunxit fragmenta, quorum pristinam sedem indagare neque ipsi neque Kenyoni contigit.[1] Ad quae cum ceteris perlectis devenissem, concitaverunt me, ut ipse quoque unum alterumve in sedem suam reponere conarer. Atque eo quidem id feci eventu, ut duorum ex minutioribus iustum locum repperisse mihi videar, de quibus quid sentiam eo minus iam aperire vereor, cum Kenyon roganti mihi pro comitate sua satis nota extemplo respondens papyro denuo inspecta de utroque plane meam se probare sententiam scripserit.

1. Ac primum quidem *frg. X* continet *col. XIX vv. 17—20* fines; unde apparet in re summa sane coniuncta opera editores verum invenisse. T autem litterae vestigium fragmenti initio servatum suadet, ut pro *καὶ εἰς* [οὗςπερ ἐχώ] | ρησεν collato col. VI v. 28 scribamus *καὶ εἰς* [οὓς με]τ[εχώ] | ρησεν. Quae vero secuntur, cum iam in commissura papyri fragminisque litterae ante evanidae apparuerint, sic nunc scribenda proponit Kenyon: *Μενεκράτ[η]ς δὲ ὁ Ζε[ὺ]ς ἐπι | κληθεὶς ἐν Ἰατρικῆι δ[ε]ῖξίν τι[ν]α τ(ῶν) | σωμάτ(ων) ἐκτιθέμενος ο(ὕτως) αἰ[τ]ιολογεῖ | τὰ πάθη· πρότερον περὶ τ(ῶν) πο[ιοτήτ]ω(ν)* e. q. s. De οὕτως autem adverbii compendio conferas XVI 27. XVII 44. XXV 45. XXIX 21.

2. Porro vero *frg. VIII* servari contendo *col. XXI vv. 24—26* initia. Ac tertii sane versus litteras cum Kenyonis supplemento — quod quin rectum sit dubitare non licet — convenire est perspicuum. Contra cum fragmenti versus primus et alter ab eiusdem viri docti supplementis haud minus certis satis recedant, concidere videri potest mea coniectura. Quid vero, quod fragmentum iterum excussum praebuit aperte *στρατ* pro *στρε* et *νοσπ* pro *νασται*? Ideo probata sunt et supplementa Kenyonis et mea de hoc fragmento sententia.

1) Suppl. Arist. III 1 p. 75 sq.

II

Iam vero alteram age adeamus papyrum ab eodem viro Anglo eruditissimo ac de papyris Londinensibus unice merito editam[1]), quae excerptorum[2]) e **Tryphonis** Arte grammatica complectitur finem. Tractantur autem ibi v. 66—80 praepositiones. Cuius capitis recte omnia sese habere existimo praeter unum illud enuntiatum, quod *v. 78 sq.* vel lacuna in fine hiante est conspicuum, idque duplici mendo laborare mihi est persuasum. Namque si paulo accuratius attendis animum, qui ordo in omnibus duodeviginti praepositionibus recensendis ab initio est institutus, eundem in singulis partibus invenies servatum, in ea autem, quae nobis est sub manibus, praepositione ἀμφὶ laesum, quippe cuius ante ἀπὸ legitimus sit locus. Accedit quod eadem ista vocula sola[3]) bis in singulis partibus, et nostro loco et sub casibus obliquis (v. 76) — quo loco solo fuit afferenda — enumeratur. Contra ἀντὶ in singulis partibus prorsus desideratur. Hanc vero si pro ἀμφὶ illo reponimus, omnes una tolluntur difficultates: ἀμφὶ iam legitur iusto tantum loco, ἀντὶ iure affertur sub genetivo ordoque restituitur legitimus. — Mire autem primo obtutu, quae est de genetivo, parti additae videntur praepositiones ἐν et εἰς. Sed cum suis locis (v. 79. 80.) apte afferantur, hic autem separatim enumerentur et adiectivi alicuius ante numeri notam exstent relliquiae, proprii quid de eis doceri licet suspicari. Atqui vel tirones sciunt non addi hisce voculis genetivum: eidem vero bene norunt morem illum dicendi Graecorum, ex quo dicunt ἐν Ἅιδου, εἰς διδασκάλου et similia. Hanc autem dicendi rationem hoc loco significari equidem censeo, quam vix aptius quis dicat quam ellipticam. Et profecto Greg. Corinth. de dial. Att. c. 12 (p. 44 Schaef.), cum hanc rem tractat, haec dicit: Ἀττικὸν καὶ τὴν ἐν πρόθεσιν συντάσσειν μετὰ γενικῆς, οἷον ʻἐν Ἅιδουʼ καὶ τὴν εἰς, οἷον ʻεἰς μυσταγωγοῦʼ. καὶ οἶμαι καὶ ἐνταῦθα ἐλλειπεῖς εἶναι τὰς προθέσεις.[4]) Unde nostro loco scribendum proposuerim: καὶ [ἐλλειπ]τικ[α]ὶ β′· ἐν, εἰς. Femininum autem adiectivi restitui ex praecepto Blassii[5]), quod cum per se satis leni fit mutatione tum in hac papyro lenissima (cf. versuum 26—48 facsimile ab editore additum et versus 38 var. lect.).

---

1) Class. texts from pap. in the Brit. Mus. p. 109 sqq.

2) Cf. editoris praef. p. 110. Excerpta produntur vel eo, quod nonnullae praepositiones omittuntur nec tractantur eae, quae addunt gen. + acc. aut dat. + acc., cum contra quae est particula de eis, quibus adstruuntur gen. + dat. (v. 77 sq.), potius auctori fuit omittenda; nam nulla ex tribus praepositionibus illic enumeratis iure tenet istum locum.

3) Nam aliter res se habet in praep. ἐν et εἰς, de quibus vide infra.

4) Vel, ut cod. c praebet: *καὶ οἶμαι ἐνταῦθα ἐλλειπτικῶς τὰς τοιαύτας προθέσεις συντάσσεσθαι.*

5) Cf. Kuehner-Blass., GG. I p. 538.

III

Haec de papyris: titulos iam, si placet, aggrediamur.[1]) Ac primum quidem paucas age tractemus ex uberrima inscriptionum copia, quas Sterrettius edidit **Americ. Pap. III et II** (nam hoc ordine edita sunt volumina).[2])

1. *II nr. 173* errore magis quam consulto editor Americanus Τιμοϑ[έῳ] supplevit pro Τιμόϑ[εος]. Hoc enim sine dubio scribendum, ut integrum patris nomen post ἰδίῳ sequatur nomen filii.

2. *II nr. 360.* Epitaphii christiańi initium ex similibus recte supplevit Sterrettius temporum iniquitate superiorem lapidis partem interisse ratus. Equidem vero *nr. 372* esse ipsam illam partem superiorem putaverim, cum, praeterquam quod eodem loco uterque titulus est inventus, alter aptissime suppeditet, quae in altero desiderantur.

3. *III nr. 164* v. 4 pro Sterrettii [πατ]έρα scribendum esse arbitror [Κέλ]ερα.[3]) Nam cum illi supplemento et obstet litterae, quae erat ante ε, vestigium, et pro isto nomine appellativo satis illic improbabili (nam eodem duo fratres sic uterentur nomine) desideretur potius nomen proprium, meam si probas coniecturam, habes cognomen huic viro item atque ceteris additum. Praeterea autem iam fit probabile — id quod vel magis est consentaneum — patrem ante filios commemoratum fuisse, non inter utrumque filium. Crispus igitur ille, cuius sub initium tituli nomen exstat (eique forsitan aeque ac filiis fuerit Gai praenomen), haud scio an fuerit pater. Quae vero solitariae nunc v. 1 leguntur litterae, uxoris eius nominis nimirum sunt relliquiae, quod tamen nomen elicere mihi non contigit. Post id autem ex titulis similibus (e. g. nr. 151. 152. 153. 167) suppleverim ἀνέστησεν. Denique sub finem tituli Crispo filio non alterum cognomen *Ἔφιππον* fuisse puto, sed cum pater et frater appellentur *στρατιῶται*, ἔφιππον (equitem) eum aptius dici existimem, unde simul aeque ac consanguineis triplex huic inditur nomen.

4. *III nr. 193* mirum, quod μνησϑῃ, a quo verbo incipit titulus, explicavit editor apposito (= μνηστή), cum sat saepe illud

---

1) AM = Mitteil. d. kaiserl. deutschen archäol. Instituts. Athen. Abt.
Am. Pap. = Papers of the Americain School of class. stud. at Athens.
EG = Kaibelii Epigrammata Graeca.
Hell. journ. = Journal of hellenic studies.
ISI = Kaibelii Inscriptiones Siciliae et Italiae.
MκB = *Μουσεῖον καὶ βιβλιοϑήκη τῆς εὐαγγ. σχολῆς ἐν Σμύρνῃ.*
ÖM = Archäol.-epigr. Mitteil. aus Österreich-Ungarn.
Puncto notabuntur litterae laesae, lineola subducta mutatae. Cetera sigla quivis facile intelleget.

2) Quantum vidi ex eis, qui de hisce duobus voluminibus iudicavere nemo attigit quos emendare studui locos.

3) Idem nomen habes tunc temporis in illa regione nr. 206.

legatur in titulis, quos dicimus memorialibus. Nam licet haud raro exstet forma ἐμνήσθη (e. g. CIG I 1107. II 1827. C. Stephani Ἐπιγρ. τ. ν. Σύρου p. 76 nr. 18—24. Lepsii Mon. XII 406. CIA III 3823. 3824. 3826. Ἐφ. ἀρχ. 1893 p. 118 sqq. nr. *Β' Γ' Θ' Ι'*): eadem tamen, quam titulus Sterrettianus praebet formam, vel saepius occurrit (cf. Franz. ad CIG III 4668. Roehl., Beitr. z. gr. Epigr. p. 24. Lepsii Mon. XI 17, 87. 92. 18, 109. 19, 134. 20, 138. XII 51. Ἐφ. ἀρχ. l. l. nr. *Η'*), neque hanc in illam mutandam, sed coniunctivum μνησθῇ esse agnoscendum docemur pluralis forma μνησθῶσιν, quae exstat CIG III 4668[e].

5. *III nr. 280.* Sepulcro, quod Munnienus sibi uxorique vivus fecit, subscripsit εὐτύχει γρηγορι. Ita enim Sterrettius alterum reddidit vocabulum addens haec: 'I do not understand the last line'. Sittelius vero, qui de Sterrettii opere iudicium fecit[1]), plane illud perspexisse sibi videtur, cum dicat: 'ob εὐτύχει γρηγορι dem Herausgeber oder Setzer gehört, weifs ich nicht; es handelt sich natürlich um den spätgriechischen Vokativ von Γρηγόρι(ο)ς.' Quod mihi haudquaquam persuasit. Immo congestis ceteris, quae eandem praebent formam, inscriptionibus ad plane aliam perveni sententiam. Sunt autem hae:

ISI 2381 = CIG III 6361, quae post titulum latinum exhibet haec: γριγορι, χαῖρε e. q. s.

CIG III 6477, in qua nil exstat nisi Τροφείμης. γληγορι.

CIG IV 9556, quae praeter columbam ramum rostro tenentem solum praebet γρηγορι.

Quibus quartam nunc licet addere ineditam Cii in urbe Bithyniae in coemeterio monasterii S. Georgii effossam, cuius apographum amicus meus Chr. D. Andrutsus Cianus liberaliter mihi commisit edendum eamque tertii quartive p. Chr. n. saeculi esse probabiliter asseverat, unde cum ceteris tempore fere convenit. Verba autem sunt haec: Θεοδόσιος .... | [Π]αύλῳ τῷ | [ἀ]δελφῷ ζήσαντι | [κ]οσμίως ἔτη μθ' | [τὸ] μνημεῖον ἀνέστησα. | [γρ]ηγόρει.

Atqui editores sane trium illorum, qui in CIG exstant, titulorum eandem atque Sittelius dubitanter protulerunt sententiam. Franzius enim adnotat ad CIG 6477: 'Γρηγορι aut pro Γρηγορίου aut vocativus.' Kirchhoffius vero CIG 9556 transscribit per Γρηγόρι(ος), et Kaibelius ISI indicis p. 672, ubi sub acclamationibus affert titulum suum 2381, cum addat 'nisi Γρηγόριος agnomen est', a sententia sua in commentario prolata videtur recedere. Vellem potius retinuisset, quod supra dederat: 'Forma γρηγορι est a verbo γρηγορεῖν.' Atque iam ante Kaibelium Kirchhoffius idem videtur sensisse, cum l. l. post Γρηγόρι(ος) istud adiciat haec: 'nisi pro imperativo accipiendum γρηγόρι, quod acclamari in epitaphiis Christianorum mortuis solitum alii testantur lapides, tacito

1) WfkPh V (1888) p. 1473 sqq.

defuncti nomine.' Et profecto id unice verum esse persuasum habeo. Etenim quominus Gregorii nomen inde eliciamus, prohiberi nos puto vel ea re, quod Gregorius, qui isto vocativo appelletur, in nullo ex his quinque titulis exstat, nec video, qui aliter quisquam de Gregorio affini vel nescio quo homine potuerit intellegere. Immo asserendus erit hic imperativus γρηγόρει multis illis acclamationibus christianis, de quibus cf. ISI ind. p. 672 et Ritter, de compos. tit. christ. sep. p. 41 sqq. Cum vero haud desint tituli hoc fere modo concepti: μνησθῇ ὁ κύριος τῆς κοιμήσεώς σου (ISI 152 sc. et te e caelo rediens expergefaciat) vel μνήσθητι, κύριε, τῆς κοιμήσεως αὐτῆς (ISI 537 sc. eamque expergefacias), γρηγόρει suo defunctos appellasse horum titulorum auctores puto recordatos locorum, qui de Christi reditu mortuorumque resurrectione e Novo Testamento omnibus Christianis sat sunt noti, Matth. 25, 13. Marc. 13, 34. 14, 38. Luc. 12, 37 et similium.

6. *III nr. 413* v. 4 pro δολιχ[ο]δρομέ[α] scribendum haud dubie δολιχ[α]δρόμο[ν], quam formam et vestigia indicant et ceteri tituli praebent unice legitimam. cf. CIG II 2758 (sexies) 3206. Zonar. p. 559. Kumanudis λεξ. ἀθησ. s. v. Lobeck. ad Phryn. p. 661 et similes formas ap. Boeckh. ad CIG II, 2758 et alias.[1]) Porro autem v. 8 latere suspicor Καπ]η[τ]ώλια ἐν Ῥώμῃ, de quibus delegasse te sufficiet ad indices CIG p. 43 et ISI p. 750. Proximo vero in versu Εὐσέβ]εια Puteolana haud scio an lateant nota ex CIA III 129. ISI 1102. 737. CIG 1720.

7. *III nr. 624* agmen claudat. Ubi quod Sterrettius ex ◡ I ◡ vestigiis elicuit [ἕτε](ραι) improbatur mihi et propter compendium plane non usitatum atque quod inepte et praeter usum Graecum dictum esset. Quae enim alterae sint filiae, cum ante nullae commemorentur, vix quisquam dixerit. Neque intellegi possunt ista verba ita, ut significent 'Anna et praeterea Annae filiae': tum enim fuit dicendum αἱ ἕτεραι. Verum plane non valet de ἕτερος pronomine quod valet de ἄλλος (cf. Kuehner., GG II p. 235). Immo [δύο] propono scribendum, quo restituto locus mihi videtur esse sanus.

IV

I ante σ impurum prothetici cum Blassius vir doctissimus atque in titulis Graecis versatissimus et in recensione alterius Sterrettii voluminis (Am. Pap. III)[2]) prima ibi e regionibus Graecis allata se invenisse exempla dicat et in Kuehneri libri

1) Item α iniuria mutavit Sterrettius III nr. 40 (παρθένᾳν cf. Gurlitt., BphW IX (1889) p. 729) III nr. 469 (Ἀσκληπιαδώρου) nr. 555 (Ῥάδωνος cf. Fick., Gr. Personenn. p. 76), ut iure retinuit II nr. 40. 43 (Διασκουρίδης cf. Meisterhansii gramm.[2] p. 91. Lobeck. ad Phryn. p. 653).

2) Lit. Centr. 1888 p. 1016 sq.

grammatici nova editione (I p. 185 sq.) praeter G. Meyeri librum ipsum illum Sterrettium laudare videatur solum, e re esse mihi visum est quae ipse inter legendum huius litterae collegeram exempla epigraphica composita tractare, praesertim cum Mordtmannus, qui ante hos quattuor annos hac de re egit[1]), non plane mihi satisfecerit. Praeter hunc autem nemo, quantum vidi, uberius huius pronuntiandi et scribendi rationis apud Graecos vestigia tractavit, cum contra de exemplis Romanis paene nubes dissertatiuncularum exstet, quarum plerasque laudatas invenies apud Schuchardtum[2]), qui exempla quoque congessit uberrime tractavitque et regionum Romanarum litteris Graecis scripta nonnulla exempla e libris petita congessit (s. vv. *ἰσκριπτα*, *Ἴσπερ*, *Ἰσπηραντια*, *εἰσπειρειτῳ*, *εἰσπαταρ.*, *ἰστουδιον*); quamquam haec omnia sunt vocabula Latina. Ita vero equidem rem sum instituturus, ut primum tibi ipsum exemplorum exhibeam indicem, deinde quae addenda mihi videbuntur adiciam.[3])

**Ἰσκάλου*. Am. Pap. II (1888) nr. 40, 10 = BCH II (1878) p. 248 nr. 8[4]) prope Termessum (Pisidiae).

**Ἰσκύμνος*. Am. Pap. III (1888) nr. 366, 115 = Hell. journ. IV (1883) p. 23 sqq. prope Antiochiam (Phrygiae).

Ἰσκύμνος. ÖM VII (1883) p. 185 nr. 55[d]. Pessinunte (Galatiae).

Ἰσκύμνου. Am. Pap. III nr. 366, 27 = Hell. journ. IV p. 23 sqq.[5]) prope Antiochiam (Phrygiae).

Ἰσκύμνου. Am. Pap. III nr. 366, 71 = Hell. journ. IV p. 23 sqq. prope Antiochiam (Phrygiae).

Ἰσπατάλης. Hell. journ. IV p. 419 nr. 33[6]) prope Apolloniam (Phrygiae).

**Ἰσπάταλος*. Am. Pap. II nr. 46, 22 = BCH II p. 244 nr. 7[7]) prope Termessum (Pisidiae).

Ἰστεφανίων. ÖM VIII (1884) p. 194 nr. 4 = *MxB* V (1884/5) p. 24 nr. 242[8]) prope Seleuciam (Pisidiae).

---

1) AM XV (1890) p. 158—161.

2) Vokal. d. Vulgärlat. II p. 337 sqq. cf. e recentioribus Stolz ap. Iw. Muellerum II² p. 278 et viros doctos ibi praeter Schuchardtum laudatos, quorum auxilio usus ceteros fere omnes indagabis. Nusquam allatos inveni Ritschelium (op. IV p. 9) et Grasbergerum (Eos II 1866 p. 329 sqq.).

3) Quae apud Mordtmannum (= M.) non leguntur, asterisco notavi.

4) Iniuria Collignon (BCH l. l.) mutavit hoc nomen in *ἱερα[σάμενος]*, iure tacite servavit Sterrettius (cf. eundem ad II nr. 59). Scali nomen quamquam perrarum (nam in auctore titulove Graeco non repperi) exstat tamen CIL III 4582.

5) Contra idem ibidem v. 21 nominatur *Σκύμνος*.

6) M. ab editoris mutatione iure defendit hoc nomen.

7) Collignon (BCH l. l.): *(δ)ὶς Πάτα[ικ]ος*, per quem Sterrettius videtur commotus esse, ut scriberet *(δ)ίς, Πάτα[λ]ος*; verum invenit, qui Sterrettii librum in Athenaeo, diario Anglo, 1888 II p. 704, recensuit Anonymus.

8) Editor Graecus, cum verum non perspiceret, scripsit *Ι — Στεφανίων*; contra recte M.

ἰστέφανον. Perrot., Galatie et Bithynie p. 128 nr. 91^{III}, 4[1]) Cotiaei (Phrygiae).

*Ἠστεφάνου. Am. Pap. III nr. 193, 2[2]) Isaurae (Isauriae).

ἰστήλη(ι). MκB V p. 51 nr. υκϑ' = BCH V (1881) p. 326 nr. 3[3]) prope Tmolum montem (Lydiae).

ἰστήλην. AM XIII (1888) p. 258 nr. 77 prope Laodicaeam Combustam (Lycaoniae).

εἰστήλ(λ)ην(?). CIG IV 9266[4]) prope Eumeniam (Phrygiae).

εἰσϑήλην. AM XIII p. 267 nr. 118 Sinethandi (Lycaoniae).

ἰστοργῆς. EG 367 = Perrot. l. l. p. 125 post nr. 88 = CIG III add. 3857^{m} = Lebas III 775[5]) prope Cotiaeum (Phrygiae).

εἰστοργῆς. CIG IV 9266[6]) prope Eumeniam (Phrygiae).

ἰστρατιώτου. Am. Pap. III nr. 366, 17 = Hell. journ. IV p. 26[7]) prope Antiochiam (Phrygiae).

*εἰστρατιώτης. Hell. journ. VIII (1887) p. 266 nr. 57 prope Cadmum montem (Phrygiae).

*Ἰστράτωνος. Am. Pap. II nr. 59, 17[8]) prope Termessum (Pisidiae).

*ἰσφαγέντι. Am. Pap. II nr. 156[9]) prope Antiochiam (Phrygiae).

---

1) Perrotius falso ι pro ἡ interiectione habuit; verum vidit idem M.

2) Litteras traditas ΗCΤΕΦΑΝΟC Sterrettius reddidit ita: ἡ? στέφανος ratus uxorem scribere voluisse NN[1] ἐστεφάνωσε NN[2]. Cui sententiae obstat μνησϑῇ illud de quo supra diximus. Immo, cum enuntiatum corona ista plane turbetur, neque usquam ἡ στέφανος legatur, mihi potius Aureliae mariti nomen latere videtur in litteris traditis et leni mutatione scribendum Ἠστεφάνο[υ], unde legitima talium titulorum efficitur formula μνησϑῇ NN[1] NN[2].

3) Iniuria editor Gallus tacite scripsit στήλῃ.

4) Ex ЄΙΤΙΜΗΝ elicuere Kirchhoffius [στή]λην, M. id quod supra dedi. Veruntamen haud scio an in litteris hisce insit potius [στή]λλην, ita ut hic titulus ex indice sit eximendus.

5) Lapidis ЄΙΝЄΚΟΝΙCΤΟΡΓΗC Franzius et Waddington reddidere per εἵνεκ' [ἐμῆς] στοργῆς, Kaibelius violentissima mutatione per [ἀλ]κ[υ]ονὶς [γ]ο[ε]ρ[οῖ]ς. Contra Perrotius recte scripsit ἰστοργῆς, quod M. iniuria denuo tamquam suum profert. Eiusdem vero epitaphii v. 2 cum qui lapidem exscripsere Lebasius et Perrotius consentientes tradant ΤЄΙΜΗΝ, unde Kaibelius μνήμην habeat nescio. Certe, si sit coniectura, non modo est supervacanea sed vel molestissima propter verba quae subsecuntur. Cum vero uncinis non sit saepta ista vox, Kaibelii videtur potius esse error, quem M. non debuit sequi.

6) Verba tradita a Kirchhoffii mutatione iure liberavit M.

7) Hunc titulum contra editorum sententiam ita intellexerim, ut pro Stratiotae nomine proprio, quod nusquam exstat, scribam appellativum collatis similium eiusdem temporis ac regionis titulorum locis hisce: Am. Pap. II nr. 46, 16. 19. 59, 16. III nr. 374, 1. 375, 9. Quod autem Marci nomen ita fit solitarium, non est quo offendaris, cum et in eodem lapide saepius unum patris nomen legas et Marcus haud raro cognomen sit nude positum (cf. e. g. CIG ind. s. v.).

8) Idem vir nr. 55, 42 Strato vocatur et in eodem quem tractamus lapide (v. 15) alium quendam vides item nominari. Nullo autem iure Sterrettius nostro loco de lapicidae cogitavit errore.

9) ι, quod Sterrettius Drexlero (WfkPh VI (1889) p. 145sqq.) assentiente delevit, Anonymus Anglus Athenaei l. l. bene defendit.

Iam ut videamus, quae inde discamus: regnavit in Phrygia, Pisidia finitimisque regionibus Galatiae, Lycaoniae, Isauriae, Lydiae hic pronuntiandi et scribendi usus, quem vulgarem potius quam vitiosum cum M. dixerim; invenitur autem ι protheticum ante σκ, σπ, στ (σθ), σφ, qua in re exempla Graeca plane conveniunt cum Latinis[1]) item atque in huius usus aetate; labantis enim sunt Graecitatis ut illa labantis Latinitatis, vel ut accuratius dicam, prima exempla et Latina[2]) et Graeca sunt secundi fere p. Chr. n. saeculi, e Graecis autem vix unum quarto p. Chr. n. saeculo videtur posterius. Neque tamen inde concluserim alteram linguam ad alterius exemplar hunc usum redegisse. Immo cum vix ulla sit lingua quae eo careat[3]), et ι ea sit littera sonans quae σ consonanti sit aptissima[4]), nec desint linguae, in quibus vel nostris temporibus oriatur hoc i[5]), manifestum est natura omnibus linguis huius litterae procreandae inhaerere facultatem. Itaque nec Mordtmanni sententiam, qui ex indigenarum illius regionis lingua in Graecam receptum esse hunc usum, nec Schuchardti, qui a Romanis ad Graecos fluxisse putat[6]), ut probem animum possum inducere, et quod in tempore conveniunt Graeca quae habemus exempla cum Latinis prioribus, casui tribuerim. — Restat, ut pauca dicam de vocum ι prothetico instructarum accentu. Ac Domaszewskius (ÖM VII l. l.) sane et Larfeldius (Burs. 66 p. 142) Iscymni nominis ι tacite acuunt. Mihi vero contraria, quam secuntur Sterrettius et G. Meyer, probatur Schuchardti (II p. 349) norma, quem iure propter huius litterae irrationalitatem accentu eam exstrui vetuisse existimo; quae norma eo magis ad nostra mihi videtur adhibenda esse exempla, utpote quae omnia huius usus videantur esse nascentis. **Ernestus Thost.**

---

1) Cf. Schuchardt. l. l. Stolz. l. l. Seelmann.,Ausspr. d. Lat. p. 316.

2) Falso enim quarto p. Chr. n. saeculo attribuit prima huius usus exempla post Crecelium et Osannum Corssenius, quem Blassius etiamnunc sequitur. cf. Schuchardt. II p. 348sqq. III p. 273. Schmitz., Beitr. z. lat. Spr. p. 63. Seelmann. l. l. Stolz. l. l.

3) Cf. praeter M. ipsum Schuchardt. II p. 337. III p. 271. Grasberger. l. l. Sterrett. ad Am. Pap. II nr. 59.

4) Cf. Schuchardt. II p. 348sq.

5) Cf. Sterrett. Schuchardt. Perrot. ll. ll. G. Meyer., GG. § 102.

6) l. l. II p. 337sqq. Ad Romanos autem aut ex Africa aut ex Oriente devenisse censet, id quod mihi item non probatur. Nam praeterquam quod omnino migratio ista, quam huius litterulae statuunt, displicet, si ex Oriente fluxisset in Occidentem, iure puto mirari licet, qui factum sit, ut in Asiae oris et in Graecia ipsa nulla huius usus detegantur exempla.

Zum Publicola des Plutarch

Daſs die Lebensbeschreibung des Valerius Publicola bei Plutarch auf den römischen Annalisten Valerius Antias zurückgeht, hat, nachdem Kieſsling[1]) den Nachweis geführt, niemand bezweifelt. Aber während man zunächst unmittelbare Benutzung des Antias durch Plutarch annahm, behauptet Ad. Schmidt[2]), daſs dieser aus einer Mittelquelle, aus der römischen Geschichte des Juba, geschöpft habe, und M. Korber[3]) hat sich die Aufgabe gestellt, den Beweis dafür zu geben. Jedoch bringt er auſser einem unglücklichen Versuch, Kap. 19 zu diesem Zwecke zu verwenden[4]), keinen anderen Grund bei als die allgemeine Erwägung, daſs es von vornherein wahrscheinlich sei, daſs Plutarch, wenn er es bequem haben konnte, anstatt eines römischen Autors einen griechisch schreibenden benutzt habe.[5]) Nun ist die Schmidtsche Behauptung schon deshalb ziemlich gewagt, weil wir von Jubas römischer Geschichte so wenig wissen. Aber man würde Korbers Ausführungen doch noch einigen Anspruch auf Wahrscheinlichkeit zugestehen können, wenn er nur wenigstens erst gezeigt hätte, daſs Plutarch im Publicola den Valerius Antias wirklich nicht benutzt haben könne. Aber gerade aus dem 19. Kap. läſst sich genau das Gegenteil wahrscheinlich machen.

Dieses Kapitel enthält die bekannte Geschichte von der Flucht Cloelias und der übrigen römischen Geiseln aus dem etruskischen Lager. Fast genau dieselbe Erzählung, nur mit einigen scheinbar unbedeutenden Abweichungen, findet sich nun noch einmal bei Plutarch, de mulier. virtut. 14. Korber behauptet, Plutarch müsse sie also ungefähr ebenso, wie er sie zweimal erzählt, bei seinem Gewährsmann vorgefunden und könne sie daher nicht selbst aus verschiedenen Quellen zusammengetragen haben. Allein es ist ohne weiteres klar, daſs er sie ebenso gut einmal selbständig zusammengestellt (entweder für den Publicola, oder für de mulier. virtut.[6])) und dann aus der früheren Schrift in die später geschriebene hinübergenommen haben kann. Eine nähere Untersuchung wird, wie ich glaube, die Sache völlig klar stellen.

Wir müssen zu diesem Zwecke zunächst eine genaue Analyse von Plut. Publ. 19 vornehmen. Der Kompilator, sei es nun

1) De Dionys. Hal. auctoribus Latinis.

2) Das Perikleische Zeitalter II 51; vgl. 52 A.

3) De fontibus Plutarchi in vitis Romanorum. Commentat. I. Berolini 1885.

4) a. a. O. 21.

5) a. a. O. 20.

6) So H. Peter 'Die Quellen Plutarchs in den Biographieen der Römer.' S. 49.

Plutarch selbst, oder sein Gewährsmann, hat offenbar den Anfang des Kapitels der Hauptquelle der Vita, d. h. dem Antias, entnommen; denn Kap. 19 schliefst sich vollkommen an das unzweifelhaft Valerische Kap. 18 an. Dann liest man ohne Anstofs bis zu den Worten (kl. Ausg. v. Sintenis S. 209 Z. 10): Ἔνιοι δέ φασιν, welche Quellenwechsel andeuten. Entschieden aus Antias ist wieder der mittlere Teil der Erzählung von Ἐπεὶ δὲ σωθεῖσαι bis περιεποίησαν τοὺς Ῥωμαίους (Sint. Z. 12—26). Denn hier tritt der Valerische Charakter der Darstellung in der Verherrlichung der Valerier sehr deutlich hervor, selbst gegenüber Dionys. V 33, obwohl doch auch bei diesem die Valerier eine bedeutende Rolle spielen. Die entflohenen Mädchen kommen in Rom zu Publicola; aber dieser schickt sie entrüstet zu Porsenna zurück. Sein Verdienst ist es also, dafs sie dem römischen Namen Ehre machen. Eine ganz ähnliche Rolle teilt freilich auch Dionys dem Valerius Publicola zu. Aber als dann die Tarquinier die zurückkehrenden Geiseln überfallen, entflieht nach Plutarch Valeria, Publicolas Tochter, allein mitten durch das Kampfgetümmel und rettet sich mit drei Sklavinnen, noch bevor Porsennas Sohn Arruns der kleinen Schar der Römer zu Hilfe kommt. Davon steht bei Dionys, dessen Erzählung sonst grofse Übereinstimmung zeigt, nichts. Und während nach Dionys der Angriff der Tarquinier zu spät erfolgt, so dafs die Römer erst nahe beim etruskischen Lager eingeholt werden, wo ihnen Arruns schnell Hilfe bringen kann (Dion. V 33, 4), findet nach Plutarch der Überfall noch ἐν τῷ περᾶν statt; es entsteht so, wie auch das folgende zeigt, eine gefährlichere Situation als bei Dionys. Auch darin darf man wohl Antias erkennen.

Wie Eigentum des Valerius Antias sieht ferner die Bermerkung aus, dafs nach einigen das Standbild einer Reiterin auf dem Palatin nicht Cloelia, sondern eben jene Valeria darstelle (Sint. S. 210, 3—5: ὅν τινες οὐ τῆς Κλοιλίας ἀλλὰ τῆς Οὐαλλερίας εἶναι λέγουσιν). Dieses τινὲς λέγουσιν bezeichnet hier also nicht den Übergang zu einer Neben- sondern die Rückkehr zur Hauptquelle. Dazu stimmt auch, dafs in dem schon oben auf Antias zurückgeführten Eingangsstück der Name der Cloelia gar nicht genannt ist: Antias hatte offenbar Cloelias Verdienst ganz unterschlagen, um den Ruhm seiner Geschlechtsgenossin Valeria allein zu sichern. Cloelia wird zum ersten Mal in dem Abschnitt erwähnt, welchen wir bereits an dem ἔνιοι δέ φασιν als einer anderen Quelle angehörig erkannt haben. Aber während Cloelia sonst (Dion. V 33, 1) nicht nur als Führerin, sondern auch als Anstifterin auftritt, ist hier von der letzteren Rolle nicht die Rede; natürlich: denn der Kompilator des 19. Kap. hat ja schon nach Antias, ohne dabei irgend eine von den Jungfrauen besonders hervortreten zu lassen, erzählt, wie der Plan zur Flucht bei ihnen entstand: (Sint. S. 207, 7—10) Ὡς δ' οὔτε τινὰ φυλακὴν ἑώρων

οὔτε παριόντας ἄλλως ἢ διαπλέοντας, ὁρμὴν ἔσχον ἀπονήξασθαι πρὸς ῥεῦμα πολὺ καὶ δίνας βαθείας. Als er dann das Excerpt aus der Nebenquelle einschob, überging er den Bericht darüber, wie Cloelia bei ihren Genossinnen den Entschlufs zur Flucht erweckte, und erzählte nur noch, welche Rolle sie bei der Ausführung des Planes übernahm. Trotzdem wird aber unten auch auf ihre Rolle als Anstifterin Bezug genommen (Sint. S. 209, 26ff.): Πορσίνας ... τὴν καταρξαμένην τῆς πράξεως καὶ παρακελευσαμένην ταῖς ἄλλαις ἐζήτει.

Bis hierher erklärt sich die Kontamination aus zwei Quellen. Eine dritte Version müssen wir aber in den Worten erkennen (Sint. 209, 31): Τοῦτο ποιοῦνται μαρτύριον οἱ μόνην τὴν Κλοιλίαν λέγοντες διεξελάσαι τὸν ποταμόν. Οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ τιμῆσαι τὸ ἀνδρῶδες αὐτῆς τὸν Τυρρηνόν. Wenn die letzten Worte einen Sinn haben sollen, so mufs hier Plut. zwei Versionen unterscheiden wollen, von denen die zweite Cloelia nur die Führerrolle vor den anderen Mädchen vorausgab, die erste sie aufserdem noch auf einem Pferde den Flufs durchschwimmen liefs. Diese erste entspräche dann der schon oben besprochenen Nebenquelle[1]), die zweite müfste einer dritten Quelle entnommen sein.[2])

Kap. 19 stellt also eine keineswegs gründlich ausgearbeitete Kompilation aus mindestens drei Quellen dar, in der wir noch deutlich die Fugen erkennen können, wo die verschiedenen Stücke zusammenstofsen.

Es ist nun lehrreich, damit die sehr, aber doch nicht ganz übereinstimmende Erzählung de mulier. virtut. 14 zu vergleichen. Hier sind nämlich die Fugen zwischen den verschiedenen Bestandteilen viel mehr überkleidet. Der Plan, durch den Tiber zu schwimmen, wird hier von Anfang an auf Cloelia zurückgeführt (Moral. rec. Bernard. II S. 216 Z. 19 f.). Plutarch hat also das Charakteristische seiner Hauptquelle, die vollständige Übergehung der Cloelia, ganz und gar verwischt. Auch sonst finden sich noch einige bezeichnende Abweichungen. Die Person des Valerius Publicola z. B. tritt ganz zurück: die Mädchen kommen nicht zu ihm und werden von ihm zurückgeschickt, sondern es ist nur im allgemeinen von den Römern die Rede. Ist aber dadurch Detail verloren gegangen, welches für Antias wesentlich war, so schmückt Plutarch dagegen an zwei anderen Stellen offenbar nach eigener Erfindung aus. Es ist interessant, zu sehen, in welcher Weise er die römische Erzählung zu verfeinern glaubt. Die Mädchen durchschwimmen den Flufs, nachdem sie das Gewand um den Kopf

1) Es gab allerdings auch eine Version, wonach überhaupt nur Cloelia, und zwar auch auf einem Pferde entfloh: Valer. Max. 3, 2, 2. Flor. 1, 10, 7. (Aurel. Vict.) de vir. ill. 13. An diese ist aber bei Plutarch wohl nicht zu denken.

2) Vgl. H. Peter, a. a. O. 50.

geschlungen haben, und kommen also bekleidet in Rom an. Ferner, als dann Porsenna zu erfahren wünscht, wer den Anlaſs zur Flucht gegeben habe, da wagen die anderen Cloelia nicht zu verraten; sie sind, wie es treuen Freundinnen ziemt (zumal in einer Schrift de mulierum virtutibus!), vor dem Zorn des Königs ängstlich um Cloelia besorgt. Aber Cloelia giebt sich, ebenso tugendhaft, furchtlos selbst an. So erklären sich hier also mehrere Änderungen aus dem verschiedenen Zwecke, welchen Plut. in dieser Schrift verfolgt; keine einzige aber läſst sich daraus, wenn man sich das Verhältnis umgekehrt denken wollte, im 'Publicola' ableiten. Jenes Hervortreten des Valerius Publicola z. B. kann da schon deswegen nicht auf Plutarchs Rechnung gesetzt werden, weil es durch die groſse Übereinstimmung mit Dionys. V 33, 2 f. als römisch erwiesen wird.

Es ist also zunächst gezeigt, daſs de mulier. virt. 14 nach Publ. 19 gearbeitet ist, nicht umgekehrt, wie H. Peter[1]) will. Man wird es nun aber auch schon wahrscheinlicher finden, daſs Plutarch für Publ. 19 die Kompilation selbst gemacht hat. Denn wenn er sie schon in einem griechischen Autor fertig vorgefunden hätte, so wären uns die Spuren der Zusammenarbeitung kaum so erkennbar geblieben; er hätte dann jedenfalls schon bei der ersten Benutzung unwillkürlich geändert und gröſsere Klarheit und Einheitlichkeit hineingebracht.

Daſs aber jedenfalls Juba jene Kompilation nicht geschaffen haben kann, läſst sich, wie ich glaube, noch durch eine andere Abweichung zwischen de mul. virt. 14 und Publ. 19 darthun. Von der Statue der Cloelia sagt Plutarch im Publ. 19 (Sint. 210, 2): Ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδόν; dagegen de mul. virt. 14 (Bernard. 217, 23): ἀνέκειτο. Nun wissen wir, daſs Livius (II 13, 11) und Dionysios v. Hal. (V 35, 2) diese Statue nicht mehr sahen, ebenso wahrscheinlich der Gewährsmann des Plinius, nat. h. 34, 14, 29, Annius Fetialis[2]), dessen Lebenszeit freilich nicht bekannt ist. Plutarch hat also zuerst einfach aus seiner Quelle, Valerius Antias, berichtet, daſs die Statue noch vorhanden sei, später aber, nach-

1) a. a. O. S. 49.

2) Plin. 34, 29: e diverso Annius Fetialis equestrem, quae fuerit contra Iovis Statoris aedem in vestibulo Superbi domus, Valeriae fuisse Publicolae consulis filiae eamque solam refugisse Tiberimque transnatavisse ceteris obsidibus, qui Porsinae mittebantur, interemptis Tarquinii insidiis. Dieses 'fuerit' macht wohl auch die Ansicht H. Peters (histor. Roman. rell. p. CCCXVIII) unmöglich, daſs diese Stelle des Plinius nicht aus Annius Fetialis, sondern Valerius Antias geschöpft sei, das Citat also auf Irrtum oder Korruptel beruhe. Nach Plut. Publ. 19 hat Val. Ant. die Statue noch gesehen, während für den Gewährsmann des Plinius das Gegenteil geschlossen werden muſs. Der Inhalt stimmt auch keineswegs ganz zu dem Valerischen Teil von Plut. Publ. 19. Antias mag wohl die Quelle des Annius Fetialis gewesen sein.

dem er vermutlich Dionysios gelesen hatte, sich nach diesem korrigiert.[1]) Nach Korbers Ansicht müfste also auch Juba erzählt haben, dafs die Statue noch an ihrem Platze stünde. Allein Juba, der Zeitgenosse des Dionysios und Livius, der seine ganze Jugend in Rom verlebt hatte, mufste ebenso gut unterrichtet sein wie diese.[2])

Man wird also vielmehr dem Urteil Kiefslings und H. Peters beistimmen müssen, dafs Plutarch selbst Valerius Antias benutzt hat. Ich glaube sogar, dafs Plutarch noch mehr aus dem Werke dieses römischen Annalisten geschöpft hat, als man bisher meinte, und hoffe demnächst zahlreiche Spuren desselben auch in einer anderen Vita nachweisen zu können. **Otto Bocksch.**

De Iadis apud Dionem Cassium vestigiis

Dionis Cassii XXXVIII 43, 3 in ea oratione, quam scriptor narrat a Caesare habitam esse, cum bello Gallico milites Romani Germanorum metu perculsi iam nollent oboedire, leguntur haec:

μὴ γὰρ ὅτι ἐμοῦ τοῦ Καίσαρος οὐκ ἐπείσθη . . . ., σμικρόν τι τοῦτο νομίσητε.

In structura verbi *πείθεσθαι* offendit Sturzius coniuncti cum genetivo, pro quo dativus et vulgo ponatur et per Dionis usum scribendi flagitetur. Atque complures medelas quas putat attulit, quarum optimam ipse eam duxit, qua post *Καίσαρος* inseratur *καλοῦντος*, ita ut efficiantur genetivi absoluti. Posuit vero *καλοῦντος*, ut profitetur, non *κελεύοντος* vel simile quid, concinnitatis causa. Sicut enim postea Caesar bis usus esse dicatur verbo *μεταπέμπεσθαι*, ita hoc loco bis requiri verbum *καλεῖν*. Persuasit autem Sturzius novissimo editori Melbero ita, ut illam emendationem tamquam necessariam non minus quam probabilem in adnotationes receperit. Sed neque prior causa mutandi a Sturzio prolata mihi placet neque posterior. Nam concedo sane concinnitatem fieri paulo strictiorem, si addideris *καλοῦντος*, nego tamen necessario eam requiri, quoniam ne omissa quidem hac voce oppositio, quae est in periodo, non satis elucet. Praeterea autem de

1) Denn zu Plutarchs Zeit mufs die Statue wieder an ihrem Platze gestanden haben, da Seneca (consol. ad Marc. 16, 2) und Servius (Aen. 8, 646) sie wieder sahen. Plut. kann also nicht aus eigener Anschauung *ἀνάκειται* in *ἀνέκειτο* korrigiert haben.

2) Urlichs 'Quellenregister zu Plinius' letzten Büchern' S. 5 vermutet, dafs die Statue bereits in der grofsen Feuersbrunst vom Jahre 613/111, von welcher uns Obsequens Prod. 99 meldet, vernichtet sei. Aber das ist jedenfalls nicht so sicher, dafs die oben vorgetragene Ansicht unstatthaft wäre.

structura q. e. πείθεσθαι c. gen. Sturzius videtur errasse. Quae legitur apud Dionem bis praeter locum in quo versamur (XL 45, 5 et loco quodam, ad quem provocat grammaticus, cum in Bekkeri anecd. Graec. p. 164 de πείθεσθαι adnotet: Δίων πρὸς γενικήν· 'οὐχ ὅπως ἐπείσθησαν αὐτοῦ') neque ceteroquin a Graecitate tam est aliena quam illi videtur esse. Quamquam apud scriptores Attici sermonis eam non inveniri testatur Krüger (gramm. Gr. I § 48, 7 adn. 8) exceptis duobus locis (Thuc. VII 73, 2; Eurip. Iph. A. 726). Sed ex Iade eam transiisse idem apponit et potest hoc comprobari exemplis Herodoteis quinque (I 126; V 33, ubi ter habes ἐμέο πείθεσθαι; V 29; VI 12). Quibus nixus arbitror, etsi alias occurrit dativus apud Herodotum, dialecti Ionicae structuram πείθεσθαι c. gen. propriam fuisse. Re vero ita comparata non modo censeam de loco, unde profecti sumus, nil esse mutandum aut inserendum, sed potius statuam illam constructionem esse numerandam in vestigiis Iadis apud Dionem inventis, quae sunt haud ita pauca; de quibus quantum per spatium hoc loco mihi praebitum licebit, nonnulla adiungam.

Atque primum quidem locum tribuerim quibusdam formis Ionicae necnon priscae dialecto Atticae debitis, quas praeter legitimas Dio sibi concessit. Legis

ἀρχιέρεως praeter ἀρχιερεύς summus sacerdos LIV 27; LVI 38; al.

ἀττέλεβος pro Attico ἀττέλαβος locusta LVI 24.

εἵνεκα praeter ἕνεκα LVI 3, 6, quo loco improbo quod Dindorfius contra codicum consensum scripsit ἕνεκα. Variant libri XLV 46, 1.

ἐσάπαξ pro εἰσάπαξ XXXVI 40; XXXVIII 13; LII 28. Omnino et voces cum ἐς compositas, ut ἐσηγεῖσθαι ἐσκομίζεσθαι ἐσφοιτᾶν al., et ipsam praepositionem ἐς Herodoto usitatam valde Dio in deliciis habet.

θαρσεῖν, quae forma etiam Homeri est propria, praeter θαῤῥεῖν XLII 17; LVIII 9, al.

κουλεός pro κολεός vagina LXXIII 10.

Iam dicam de vocabulorum supellectile idque tali ratione, ut priore loco eas voces enumerem, quae quantum adhuc iudicare licet, per totam Graecitatem non leguntur nisi apud Herodotum et Dionem Cassium, postmodo afferam verba Iadis propria et a scriptoribus Atticis aliena, quae praeter Dionem alii quoque posterioris aetatis scriptores praebent.

Vocabula Herodoti Dionisque propria.

ἀνακινδυνεύειν denuo periculum adire Her. VIII 100; IX 41; al.; Dio XLI 25; XLVIII 21.

ἀπομαστιγοῦν flagellare Her. III 29; VIII 109; Dio LX 12.

τὸ δελτίον parvi pugillares Her. VII 239 (quem locum respicit Pollux IV 4, 18); Dio XXXVII 41.

ἐμμάχεσθαι proeliari in . . Her. IX 7; Dio L 12.
εἰσαράσσειν (ἐσαράσσειν) impellere Her. V 116; Dio XLII 40; LXVIII 31.
λειογένειος cui mentum est leve Her. V 20; Dio LIX 26; LXXIX 15.
λόγιμος memorabilis seu celeber Her. I 143; IV 138, al.; Dio XXXIX 43; XLI 23, al.
νεοάλωτος nuper captus Her. IX 120, quem locum laudat Hesych. s. v.; Dio XLIX 38; forma νεάλωτος LXII 3.
ὁμόκλινος qui simul accumbit Her. IX 16; Dio LXXVIII 7.
ὀνείδισμα probrum Her. II 133; Dio LII 42; LXXI 28.
τὰ περιέσχατα extrema Her. I 86; V 101; Dio XXXVI 49.
συμπληθύειν simul complere Her. IV 49, 50; Dio LI 17; LVI 2, 1, quo loco nolo cum Sturzio mutari traditum συμπληθύετε in συμπληθύνετε neque intellego, quo iure ille adnotaverit formam συμπληθύνειν plerumque legi vi transitiva. Nam apud scriptores optimae Graecitatis non occurrit nisi semel in Xenoph. Oec. 18, 2 et ne postea quidem tam saepe usurpata est, ut iure dicas eam in usu fuisse.
συνέπαινος qui assentitur Her. III 119, al.; Dio LVII 15.
συνταχύνειν accelerare (vi transitiva et intransitiva) Her. III 71, 72; Dio XXXVII 13; LXVII 15.
τριτημορίς tertia pars Her. I 211 (quo spectat Poll. 9, 66); Dio XXXVI 54.
ὑπεξέχειν clam effugere Her. VI 74; VIII 132; Dio fragm. 28 (Sturz) extr.

Sequantur ea verba, quae ut apud Herodotum occurrunt, ita omnino posteriore aetate in usum venerunt. Quorum per se, puto, apparet non posse enumerari neque opus esse omnia quotquot inveniuntur exempla.

ἄκεσις curatio vel sanatio Her. IV 90, 109; Hippocrates saepissime; Dio XXXVIII 18; LXXVII 15; al. (Plut. Lyc. 12; Aelian N. A. 9, 33; Zosimus p. 98.)
ἀληθίζεσθαι vera dicere Her. I 136; Dio LVI 41. (Eust. Opusc. saepius; Simplic. 192; activam formam eadem vi usurpant Plut. et Thom. Mag.)
ἀνασκολοπίζειν cruci affigere Her. I 128; III 159; Dio LX 24; al. (Diod. V 32; Lucian. saepius.)
ἀνατιμᾶν pretio nimis magno aliquid aestimare Her. IX 33; Dio XXXVIII 5; XLVII 6. (Athen. VI p. 274 d; mediam formam Poll. 3, 125.)
ἀξιαφήγητος dignus qui commemoretur Her. I 16. 177; Hippocr. π. καρδ. I p. 489 (K.); uterque ionice scribens ἀξιαπήγητος; Dio XLVIII 50. (Ioseph. A. I. 15, 11; Appian Civ. 4, 16; Arrian Exp. 1, 1.)
ἀπρόσμικτος a commercio alienus Her. I 65; Dio XXXVIII 49, 6,

ubi recte Xylander et Turnebus ἀπρόσμικτοι restituerunt e πρόσμικτοι, quam formam praebet cod. Med. a. (Poll. 3, 64; al. Schol. Ω 753.)

ἀχθοφόρος onera ferens Her. VII 187; Dio LXII 6. (Manetho 4, 251; Poll. 7, 29; Agathias Hist. 4, 30 p. 141 D.)

βαρυσύμφορος gravi calamitate pressus Her. I 45; Dio LXXVIII 41. (App. Mac. 17; Themist. or. XV p. 227 Df.)

τὰ γενέσια dies festus natalicius Her. IV 26; Dio LVI 46, al. (Phrynichus p. 184 (Rutherf.); Alciphro 3, 18.)

διαδείκνυμι ostendere Her. I 31; II 162; Dio XXXVI 41 et persaepe. (Plut. Mor. p. 541 C; Clem. Al. Strom. p. 188 Df.)

διεξελαύνειν transire Her. III 86; V 52; Dio LXXVIII 39. (Plut. saepissime.)

ἐγκολάπτειν insculpere Her. I 93. 187; Dio LX 6. (Plut. Pericl. 52; Luc. Zeux. c. 11.)

ἐθελοκακεῖν ultro male rem gerere Her. I 127; VIII 69; Dio XXXVII 39; al. (Polyb. 5, 1, 7; Aelian., Appian.)

ἐκποίησις emissio seminis Her. III 109; abalienatio Dio XXXVII 51 et notionibus diversis saepius. (Poll. 6, 178; Balsamon.)

ἐμπικραίνομαι exacerbari vel infensum esse Her. V 62; Dio XLVII 8. (Eust. Opusc. p. 48, 28 Tafel.)

ἐνιδρύεσθαι exstruere, collocare in .. Her. II 178; Dio XL 18; al. (Plut. Mor. p. 780 F; Alciphr. Ep. I 33.)

ἐπάργυρος argento tectus Her. I 50; IX 80; Dio XLIX 40. (Athen. 8 p. 359 C; Philo VI p. 51 ed. Tauchn.)

ἐπιταράττειν insuper turbare Hippocr. προρρ. α΄ I p. 170 (K.); Her. II 139; Dio XL 23. (Plut. de or. Pyth. p. 404 E; Lucian.)

ἐστοξεύειν iaculari in hostem Her. IX 49; Dio XLVIII 25; uterque formam Ionicam ἐστοξεύειν usurpat, cum εἰστοξεύειν habeas Heliod. Aeth. 3, 7, al.

εὐχωλιμαῖος qui votum suscepit Her. II 63; Dio LXXIX 9 usurpata vi q. e. votivus. (Athen. 6 p. 249 B; Poll. 5, 130.)

θρησκεία cultus deorum sive caerimonia religiosa Her. II 18; Dio fragm. 91 Sturz. (Paul. ad Col. 2, 18; Herodian. 5, 7, 2.)

θρησκεύειν institutis religiosis uti Her. II 64; Dio XLII 34, saepius. (Plut. 'Al. 2; Herod. I, 11, 1.)

ἰδιοβουλεύειν proprio consilio niti Her. VII 8; Dio, qui utitur forma ἰδιοβουλέω XLIII 27 (Dionys. de admir. vi Dem. 41.)

καμάρα camera vel tectum vehiculum Her., qui scribit καμάρη I 199; Dio XXXVI 49. (Diod. 2, 9; Arrian. Exped. 7, 25, 5.)

καταδεῖν opus esse Her. VIII 82; IX 30; Dio LII 14. (Pausan. 8, 33, 3.)

καταπορνεύειν prostituere Her. I 94. 196; Dio XLV 28, 4. (Plut. Mor. p. 821 D; Strabo 11 p. 532.)

κατασύρειν diripere seu vastare Her. VI 33; evertere Dio LIII 33, al. (Alciphr. I 1; Polyb. 1, 56, 3; Diod.)

καθηγεμών dux Her. VII 128; VI 135; Dio LXXIX 5. (Plut. Thes. 18; Polyb. 7, 14, 4.)

λυχνοκαΐα lucernarum accensio Her. II 62; Dio LXXIX 16. (Themist. or. 4 p. 49 A; Poll. 7, 178.)

ὁμόσιτος conviva vel mensae socius Her. VII 119; Dio LXV 2. (Plut. Mor. p. 643 D; Poll. 3, 61.)

παλινδρομεῖν recurrere vita Hom. c. 19, ubi renavigandi potius usurpatur vis; Hippocr. ἐπιδ. β' III p. 455 (K.); Pind. fr. 51 (Bergk); Dio LX 19. (Diodor 20, 74; Plut., Polyb.)

πολυαρκής ad multa sufficiens seu multa commoda praestans Her. IV 53; Dio LXII 5; XLIV 38. (Dionys. A. R. 1, 36; Luc. Nec. 15; Plut.; Themist.)

προσουδίζειν humi affligere Her. V 92; Dio LXXII 13. (Procop. bell. Goth. 4, 8; Plut. Mor. p. 506 B.)

ὑπερφύεσθαι superare Her. VI 127; Dio LVI 2. (Aristaen. I 6 p. 138 (Herch.); Aristides.)

χειριδωτός manicatus Her. VII 61; Dio XLIX 36; al. (Ioseph. A. I. 7, 8, 1; Heliod. 9, 15.)

Disputandi finem faciant quaedam proprietates ad praepositionum usum pertinentes. Atque in hac quaestione magnum cepi fructum ex dissertatione quam confecit Lundberg (Upsalae 1869), quae inscribitur: de ratione Herodotea praepositionibus utendi a scriptoribus Atticis diversa. Proferam autem haec.

1. Satis rarus est usus praepositionis ἐκ in locutionibus quales sunt

Her. III 83: ἐκ τοῦ μέσου κατῆστο procul ab eis secessit
IV 118: ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι belli expertes
VIII 22: ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἕζεσθε neutri partium adsitis; et cf. VIII 73.

Conferas ad haec Dio fragm. libri XXXV p. 188 Sturz (v. 59): ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἔστη medium se gessit inter partes; et similiter XLI 9, 7: ἐκ μέσου ἀμφοῖν ἱστάμενοι et L 4, 2. His locis praegnanter ἐκ idem fere significat atque ἔξω. Alias vero quantum potui eruere talis usus non exstat, nisi quod Plutarchus singulis locis praebet ἐκ μέσου μεταστῆναι vel στῆναι, ἐκ μέσου γενέσθαι, et Xen. Anab. I 5, 14: ἐκέλευσε αὐτὸν ἐκ τοῦ μέσου ἐξίστασθαι, cui tamen loco vis subest paululo diversa. Ceterum dictionem activam ἐκ μέσου ἀναιρεῖν i. qu. procul habere ter usurpat Demosthenes.

2. Locutiones adverbiales, quas efficit ἐκ adiectivis feminini generis adiunctum Herodotum summopere in deliciis habere comprobat Lundberg l. l. p. 15 exemplis permultis, ut ἐκ νέης, ἐξ ὑστέρης, aliis. Alienae vero videntur fuisse ab Atticorum consuetudine, nam praeter ἐξ ἀριστερᾶς, ἐκ δεξιᾶς, quae in usu erant, et ἐκ καινῆς interim apud Thucydidem et Theophrastum inventum

non est feminini exemplum, sed usurpant neutrum, ut ἐξ ἴσου sim. Legitur autem ἐκ καινῆς apud Dionem saepissime, ut XLIII 50, 3; LVII 10, 2; al.

3. Ex usu temporali praepositionis ἀνά, qui ut apud Atticos angustis terminatus finibus sic in Herodoti libris est creberrimus, Dio dictionem q. e. ἀνὰ χρόνον alibi raro deprehensam sibi vindicavit. Legis vero Her. I 173: κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν — ubi notio est 'interiecto tempore'. cf. V 27; VII 10, 6, al. Dio vero scribit XXXVII 24, 1: καὶ ταῦτα μὲν ἀνὰ χρόνον ἐγένετο, τότε δὲ .. — Ceterum unum exemplum porrigit Eurip. Ion 830, duo Dionys. Hal., plura Pausanias, qui tamen omnes Herodoti videntur memores fuisse.

4. Her. IX 86 insolenter ponitur ἀνὰ hac in sententia: ἐδόκει ἐξαιτεῖν αὐτῶν τοὺς μηδίσαντας, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτῶν Τιμηγενίδην καὶ ...., οἳ ἀρχηγέται ἀνὰ πρώτους ἦσαν — ubi vis eadem est atque ἐν πρώτοις, quod vulgo scribitur. Hac locutione ἀνὰ πρώτους praeter Herodotum solus utitur Dio Cassius isque quattuor locis: XXXVIII 17, 6: .. ἐκείνων οἳ ὑπὲρ τοῦ Κικέρωνος ἀνὰ πρώτους πράττειν ἐδόκουν; cf. XL 61; XLII 22; LXVII 13. Similia sunt apud Homerum ἀνὰ δῆμον inter cives, ἀνὰ στρατὸν inter milites, ἀνὰ προμάχους; ἀνὰ προμάχων ὅμιλον Pind. Ceterum ne hunc quidem usum alias reperias.

5. Herodoto debet Dio structuram q. e. ἀνακεῖσθαι ἔς τινα = positum esse in aliquo, quam hac significatione nemo praeter eos adhibuit et Thucydidem, apud quem exstat semel (VII 71, 2). Attici enim ponunt ἐπὶ c. dat. vel alium in modum verba construunt. Sunt autem Herodoti loci hi: I 97: γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυτὸν πᾶν ἀνακείμενον; et III 31, 2: πάντα ἐς τούτους ἀνακέεται; Dionis laudandi sunt XLIV 24; LII 20; LIII 17.

Ubi praeterea legitur ἀνακεῖσθαι ἐς — apud Philostratum Vit. Ap. II 17 p. 59 (Kayser), Pausaniam — alia est notio.

6. Rarissime invenitur διὰ c. gen. ita ut praestantia significetur. Soli Homerus et Pindarus singula praebent exempla. Herodotus vero huic usui magis indulget, quippe qui suppeditet quattuor locos huc pertinentes: VIII 37 διὰ πάντων φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα; VIII 69 ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης (sc. Ἀρτεμισίης) διὰ πάντων τῶν συμμάχων; VI 63; VIII 142. Ex his locis primum Dio videtur maxime memoria tenuisse, nam ter apud eum habes eandem phrasin q. e. θαυμάσαι διὰ πάντων (μάλιστα) ἄξιον — XXXVII 20; XLI 45; LXVII 16.

7. Praepositionis κατὰ c. acc. coniunctae vim causalem omnino raro observas. Verumtamen praeter Herodotum, qui magnopere hoc usu gaudet, apud Atticos scriptores eam adeo increbruisse exempla Aeschyli, Thucydidis, Xenophontis, Platonis docent, ut Iadis propriam fuisse vix ducas. Contra Herodoto maxime Dio videtur debere dictionem κατὰ τοῦτο = hac de causa,

quam uterque sexcenties usurpat, cum alias tali quidem notione non exstet nisi nonnunquam apud Thuc., Dem., Plat. — cf. Her. III 137; V 3; VI 44. Dio XLII 20; LIX 26; LXXVII 13; al.

8. Denique moneam de usu illo notissimo Herodoteo, quo πρὸς c. gen. eadem ratione atque Attici ὑπὸ c. gen. coniungit cum verbis passive positis ad denotandum agentem, ut I 47: οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν; VII 60. 153; al. Quem quamvis ne optimae quidem Graecitatis scriptores evitaverint, tamen nemo neque de eis neque de posterioribus tanta voluptate in eo luxuriatus est quanta Dio Cassius, cuius e quovis libro aliquantum exemplorum licet afferre. — XXXVII 15; XLI 35; LXXVIII 24.

His a me expositis persuasum habeo inquisitione instituta ampliore permulta de Dionis Iade adici posse. Nam praeterquam quod exempla consuetudinis licet augere, quam primo laudavi loco, plane silentio ea praeterii quae spectant ad notionem singularem quorundam verborum sive ad structuras ab Atticorum usu alienas. Adde, quod sunt haud pauca, de quibus unus ex Atticis Thucydides secutus est Herodoti dicendi genus — quam tractavit quaestionem accuratissime Osw. Diener in dissertatione q. inscr. 'de sermone Thucydidis quatenus cum Herodoto congruens differat ab Atticorum usu' —, ita tamen, ut ne apud Dionem quidem neque apud alios posteriorum non occurrant, sive memores ii fuerunt Thucydidis sive Herodoti. Ut solum delectum verborum obiter tangam, verba q. s. καλύβη, λοχίζειν προποιεῖν συναφιστάναι συννεῖν praebent Herodotus, Thucydides unus inter Atticos, posteriores; vox καινόω exstat nusquam nisi in Herodoti, Thucydidis, Dionis libris. Multa ad verborum structuram pertinentia possunt adiungi. Sed de his pergere non est huius loci. **Ernestus Kyhnitzsch.**

Eudoxeum

Hermae in vol. XXIX Kaibelius de Arati opere disputans, cum Eudoxum Arati auctorem commemorat, quamquam non liceat eius librorum compositionem ac speciem ex ipsis fragmentis ab Hipparcho conservatis satis accurate pernoscere, minus tamen, ait (p. 93), hoc esse dolendum propterea, quod demonstrari possit Eudoxeam epitomam institutam esse a Vitruvio. Sed ipse cum accuratius Vitruvii verba cum fragmentis Eudoxeis compararem, non solum apud illum tantam esse rerum perturbationem cognovi, ut multo facilius Eudoxi vestigia ordine colligere posse mihi viderer ex ipsis fragmentis neglecto plane Vitruvio, sed inveni etiam omnino non ad unum Eudoxum licere Vitruvianam explicationem referre. Atque ipse quoque Kaibelius semel de sententia sua dubi-

tavit, sed ad eam rediit. Apud Vitruvium enim p. 230, 19 (ed. Mueller-Struebing et Rose) quod legimus 'tenet (sc. centaurus) in manibus simulacrum id quod bestiam astrorum periti nominaverunt': *diese Worte,* inquit Kaibelius (l. l. p. 97 adn.), *stimmen so auffallend mit Arat v. 442 θηρίον· ὥς γάρ μιν πρότεροι ἐπεφημίξαντο, dafs ich anfänglich an eine Aratparaphrase dachte, die etwa Vitruv benutzt hätte.* Sed cum Aratum arte sese ad Eudoxum applicavisse constet, forsitan hunc quoque de illo signo simillime atque Aratum exposuisse, ut minime sit mirum, quod Vitruvius Eudoxo usus cum Arato consentiat. Neque exstat fragmentum Eudoxeum, quo hoc effugium intercludatur. Aliter autem in his res se habet:

Herm. p. 96.

Vitr. p. 230, 1 sqq.

per caudas earum esse dicitur item serpens exporrecta, e qua stella, q u a e d i c i t u r p o l u s, elucet circum caput maioris septentrionis. n a m q u e q u a e e s t p r o x u m a d r a c o n e m c i r c u m c a p u t e i u s i n v o l v i t u r, una vero circum cynosurae caput iniecta est flexu porrectaque proxime eius pedes. hic autem intorta replicataque se attollens reflectitur a capite minoris ad m a i o r e m c i r c a r o s t r u m e t c a p i t i s t e m p u s d e x t r u m.

Eud. fr. 21 (Maassius, Aratea p. 64 II).

μεταξὺ δὲ τῶν ἄρκτων ἐστὶν ἡ τοῦ ὄφεως οὐρά, τὸν μικρὸν ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα τῆς μεγάλης ἄρκτου. καμπὴν δ' ἔχει παρὰ τὴν κεφαλὴν τῆς μικρᾶς ἄρκτου καὶ παρατέταται ὑπὸ τοὺς πόδας. ἑτέραν δὲ καμπὴν ἐνταῦθα ποιησάμενος ἀνανεύων ἔμπροσθεν ἔχει τὴν κεφαλήν.

Quamvis inter utrumque magna sit consensio, ter tamen alter ab altero discrepat, dico quos diductis litteris signavi locos. Ac componas velim alterum et tertium cum his versibus Arateis:

52 σπείρῃ δ' ἐν Κυνόσουρα κάρῃ ἔχει· ἡ δὲ κατ' αὐτήν
εἱλεῖται κεφαλήν . . . .
59 μάλα δ' ἐστὶ κατ' ἰθύ
καὶ στόμα καὶ κροτάφοιο τὰ δεξιὰ νειάτῳ οὐρῇ (sc. Ἑλίκης).

Sed si iam censeas haec verba Vitruvium secutum esse, cum Eudoxum de eadem materia duobus scriptis eodem fere modo egisse Hipparchus doceat[1]), erravisse tibi videberis, si credes Kaibelio dicenti p. 97: *vergl. Hipparch fr. 3 (M. p. 66), der nicht nur gegen Arat, sondern auch gegen Eudox polemisiert:* οὐ γὰρ ὁ δεξιὸς κρό-

1) Hipp. p. 98 Petav. ἀναφέρεται δὲ εἰς τὸν Εὔδοξον β' βιβλία περὶ τῶν φαινομένων σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις πλὴν ὀλίγων σφόδρα.

ταφος τοῦ ὄφεως, ἀλλ' ὁ ἀριστερὸς ἐπ' εὐθείας ἐστὶ [τῇ γλώσσῃ καὶ][1]) τῇ ἄκρᾳ οὐρᾷ τῆς μεγάλης ἄρκτου. Nam si re vera Hipparchus etiam contra Eudoxum pugnaret, necessarium esset putare fragmentum illud Eudoxeum non eius esse operis, quod secutus est Aratus, sed alterius quamvis similis, attamen interdum diversi, in eo autem, quo usus esset Aratus, fuisse etiam verba illa ab Hipparcho castigata; neque quidquam obstaret, ne existimares inde Vitruvium sua petivisse. Sed Hipparchus disertis verbis profitetur suo Marte Aratum illud peccavisse; cf. Hipp. p. 102 Petav. (Maassii l. l. p. 64 I et 66 III) ἰδίᾳ δὲ ὁ Ἄρατος ἐπὶ τοῦ δράκοντος ἀγνοεῖ· πρῶτον μὲν ...., ἔτι δὲ ἀγνοεῖ περὶ τοῦ δράκοντος λέγων οὕτως· v. 58—60. — Iam videamus verba laudata 'namque quae est proxuma ....'; apparet scilicet ex Arato ea non suo loco legi: recte essent post verba 'iniecta est flexu'. Quae quomodo nacta sint eum ubi nunc leguntur locum, non video nisi Eudoxi et Arati verbis festinanter et temere contaminatis.[2]) Sed satis quidem de hoc loco! Ostendam nunc multa esse apud Vitruvium, quae, si et ipsa Eudoxus scripsisset, vehementissime Hipparchum exagitaturum fuisse mihi persuasum est:

p. 231, 1 legimus 'iuxta cratera et leonem navis est quae nominatur Argo'; sed cave, ne Vitruvium viarum caelestium sequaris ducem, plane enim aberrabis! Quid, quod trigonum Cephei pedibus et minoris arcti summa cauda effectum 'insuper arietis signum' esse p. 230, 10 docet? confundit enim illud triangulum et quod Aratus v. 235 vocat δελτωτόν.

p. 230, 24/25 postquam de serpente meridiano explicavit, 'quae sunt autem', inquit, 'supra scapulas, peraeque sunt lucentia'. Novum sane et inauditum ille quidem docet de scapulis serpentis locutus! Neque est quo referas illud 'peraeque'. Qua re commotus iam Marinius transponere voluit illa verba post vocabulum 'videntur' p. 231, 4 — ineptissime meo quidem iudicio, cum in nave scapulae ubinam sint nesciam. Rectius sane leguntur p. 229, 12 post verbum 'conformati', cf. Arati v. v. 74—77

κεφαλῇ γε μὲν ἄκρῃ
σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν Ὀφιούχεον, ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνης
αὐτὸν ἐπιφράσσαιο φαεινόμενον Ὀφιοῦχον·
τοῖοί οἱ κεφαλῇ ὑποκείμενοι ἀγλαοὶ ὦμοι
εἴδονται.

Sed minime librario crimini tribuam vitium; cum enim plura comprobent Vitruvium, quae de signis caelestibus tradit, eorum

1) Haec verba iudico delenda esse.

2) Kaibelius falso verba illa interpretatur; supplendum enim est ad verba 'quae proxuma est draconem' substantivum ἄρκτος (cf. Vitr. p. 229, 18), ad verbum autem 'involvitur' facilius suppleatur 'draco' quam καμπή (sive σπεῖρα) quamquam σπεῖρα Arateo loco commendatur.

ipsum fuisse plane imperitum, quid veri est similius quam permiscuisse eum, quae ex iusto conexu excerpserat?

p. 229, 2 legimus 'Cassiope media est dedicata', i. e. media inter aquarium et equum. Consentanea est perversitas ceteris exemplis. Quae vera sit signi regio, cognoscimus ex Eudoxi fr. XVI (M. p. 79): *τοῦ μὲν Κηφέως ἔμπροσθέν ἐστιν ἡ Κασσιέπεια, ταύτης δὲ ἔμπροσθεν ἡ Ἀνδρομέδα*; Cassiopeia igitur media inter Cepheum et Andromedam dedicata est.

p. 229, 14/15 postquam de septentrionibus dictum est, verba sequuntur haec 'parve(?)[1]) per eos flectitur delphinus', quae ineptiae minime tolluntur Kaibelii coniectura (p. 95 adn.), qua delphinus 'super eos (sc. septentriones)' ponitur. Neque quam Marinius commendavit transpositionem verborum iuvat; nam delphinus non est ad pedes equi. Ipse quo modo sana reddenda sit sententia, non video et vereor pro scriba scriptorem sive compilatorem corrigere.

p. 229, 3 quae avis praebetur descriptio, ea non solum aliena est ab Eudoxi (fr. XVIII) Aratique (v. 275 sqq.), sed ne intellegi quidem potest. Nam cum omnino non liceat coniungere avis ullam partem cum signo Cassiopeiae, quippe quod satis procul absit, tum vel minus hoc fieri potest, postquam situ pennae dextrae definito iam non de laeva libera est cogitatio.

Ad haec accedit laxa quaedam compositionis inertia, quae praecipue inde a p. 228, 10—229, 1 offendit neque soli corruptelae verborum tribui potest. Exoritur igitur quaestio, qui Vitruvius, si tam simplicem et perspicuum librum adhibuit, qualem fuisse Eudoxi ex fragmentis certo scimus, tantopere potuerit res pervertere. Quid enim, cum satis pressus esset Eudoxus, Vitruvium movit, ne quam potuit angustissime ad auctorem se applicaret, sed ut mallet singula excerpere, excerpta rursus componere? Quibus causis adducor, ut dubitem, ipsumne Eudoxum inspexerit Vitruvius, potiusque existimem eum ex obscuriore aliquo fonte hausisse, quem indagare vix quisquam poterit. Coniecturam autem de eo proferre liceat: Forsitan ei in manibus fuerit carminis Aratei exemplar scholiis ornatum, in quibus nonnulla ex Eudoxo repetita erant. Quadrat ad hanc sententiam quae supra commemorata est Eudoxi et Arati contaminatio neque minus creber ille inter Vitruvium et Aratum consensus.[2])

Maximilianus Thiel.

---

1) cf. Arati v. 311 *Δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλός | ἐπιτρέχει Αἰγοκερῆι.*

2) p. 96 Kaibelium comparare oportuit cum Vitruvii verbis 'arctoe e quibus minor *κυνόσουρα*, maior *ἑλίκη* a Graecis appellatur' Arati v. v. 36. 37: *καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν, τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην.*

Sachregister

Stellenverzeichnis

Nachtrag zu S. 47.

Orakelspendung in Neocaesarea bezeugt Gregor von Nyssa vit. Greg. Thaumat. III p. 548 B: τὸ δὲ ἱερὸν ἐκεῖνο (bei Neocaesarea) τῶν ἐπισήμων ἦν, ἐν ᾧ τις φανερὰ τῶν θεραπευομένων δαιμόνων ἐπιφοίτησις τοῖς νεωκόροις ἐγίνετο μαντικῆς τινος χρησμῳδίας παρ' αὐτῶν ἐνεργουμένης. Schon Wolff (de ultima oraculorum aetate p. 27) hat vermutet, jenes ἱερόν werde ein Tempel des Men gewesen sein. Dafs Neo-Caesarea mit Kabeira identisch sei, ist bekanntlich schon von Mannert (Geogr. VI 2, 473) angenommen worden; Forbiger und andere haben es ohne triftigen Grund bestritten. Zwei in frühchristlicher Zeit berühmte Orakelstätten, wahrscheinlich des Men, in derselben Gegend anzusetzen, ist unstatthaft. Das Orakel bei Neocaesarea kann also kein anderes sein, als das oben erschlossene ἐν Καβείροις.

S. 162 Z. 8 v. u. lies *quibus adduntur* für *quae addunt.*
S. 171 Z. 13 v. o. lies λέγοντες ἵππῳ διεξελάσαι.



